



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Epitome De Fide Et Operibvs, Adversvs chimærica[m]
illam atq[ue] monstrosam Martini Lutheri libertatem,
quam ipse falso ac perditæ Christiana[m] appellat**

Hoogstraten, Jacobus van

Coloniæ, 1525

VD16 H 4817

urn:nbn:de:hbz:466:1-30498



F. IX.
16.

Jh. 5971.

F. IX
16

ERZBISCHÖF
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Michael rappers Garmelita Gualdimotam q̄ custod huius libri

Jo. Rossensis G. Lutheri capt. Balyt.

G. Lutheri. In fide et opibz.


G. Lutheri. 91. articules.

De aqua benedicta et Vita Beata.

De patientia Bapt. Mant.

Eiusdem de Fortuna.

Bucolica Virgilij.



EPITOME DE

FIDE ET OPERIBVS, ADVERSVS

chimæricā illam atq; monstrosam Martini Lutheri
libertatem, quam ipse falso ac perditæ Chri-
stianā appellat. Per uenerandū Hæ-
reticę prauitatis inquisitorem,

ORDO CONTENTORVM.

- ¶ In quinq; primis articulis, confutantur technæ Luthera-
næ quibus bonorū operum necessitatē tollere molitur.
- ¶ In sexto articulo & trib⁹ subsequētib⁹, enodantur & cōcor-
dantur, difficiles quædam sententiæ apostolicæ.
- ¶ In decimo articulo & tribus similiter q sequūtur, ostendit^r
liberum arbitrium, non esse rem de solo titulo.
- ¶ In quartodecimo, atq; cæteris articulis, aperiuntur ac con-
futantur, uanissima quædam fundamenta Luthera-
næ libertatis.

¶ Reuerendo in Christo patri, Christophoro, diuina miseratiōe
Constantinēsi episcopo, gratiosissimi archiepiscopi Bremē
sis illustrissimiq; principis in pōtificialibus uicario, ac theo
logo pfundissimo, f. Iacobus Hochstratus, artiū & sa
cræ theologiæ professor humillimus. S. P. D.

2. Tim. 4.



Aulus gentiū doctor discipulū, ad ueritatis defensionē
grauī quadam adiuratione adigens, nouissimorūq; die
rū, periculosissima supuentura tpa p̄dicēs. Erit tēpus
inquit cū sanā doctrinā non sustinebunt, sed ad sua de
sideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus; Apосто
licam hanc ammonitiōnē atq; p̄nunciatiōnē, reuerendissime in
Christo pater, clare cōspicim⁹ omnino quadrare hisce infelicis
simis Lutheranae perfidię diebus, in quos (mea quidē sententia)
feces seculorū haud dubie deuenerūt. Vt autē rem paucis p̄strin
gamus, scripsit intra paucos annos Martinus ille plebicola libellū
quēdā, cui dulcissimū Christianæ libertatis titulū indidit. Inter o
mnes sane libros, quos edidit (ni fallor) pestilentissimū, in q̄ multo
uerborū lenocinio dulci melle illitū, aurib⁹ incautorū p̄sentissimū
instillat uenenū, id quod facile cōspiciet quis lector q̄ libellū hūc
nostrū capite quinto & tertio decimo legere dignabitur, in suo nā
que tractatu, ante omnia suadet docetq; Martinus, ne æterni q̄
de p̄mij obtinēdi gratia, exerceam⁹ opa iustitię, sed missis bonis o
perib⁹, oēm spem salutis in sola fide collocemus. Vex̄ si uita hu
mana (id q; sine dubio res est) nihil aliud sit, quā humanæ opera
tiōes, age obsecro qd est aliud, bona opa posthaberi, q̄ uitā bonā
in hoc mūdo extingui. Quod sane p̄ uiribus noster molit⁹ Marti
nus, qñquidē eo auctore, a bonis opibus, homines adeo p̄dicāf̄ li
beri, ut sola fide, de beatitudine sint securi. Porro qa homines te
ste Iulio cæsare, id qd uolūt, libēter credūt, nihilq; sit hōibus liber
tate suauis, idcirco Martinus q̄ nihil eorū p̄termittat, q̄ quoq; mō
ad fallēdū adminiculo eē possint, suo execrabili tractatui, titulū p̄
tulit de libertate christiana, hō adeo ad iposturā nat⁹, ut uel ip̄o ti
tulo nō nihil gaudeat fallere, oscitātesq; in fraudē dulci uocabulo
illicere. Atq; ego (ut uex̄ fatear) blanda illa inscriptiōe, puocat⁹,
cupiebā uidere librū, eiusq; legēdi nō mediocris icessit cupido. Cū
que iā oculis plustrarē, offēdi primū, dulciloquā ac uenustā, casti
cuiusdā eloquiū faciē. Carterū cū iā ad itima ei⁹ diligēter mētis acie

figerē, pestilētissimi erroris uenenū, sub multo melle, usq̄ adeo oc-
cultatū atq̄ absōsum dephēdi, ut multo mihi difficili⁹ fuerit, illud
pcipe, q̄ dephēsu cōfutare. Oia nāq̄ hō ȳ sut⁹, atq̄ ex merismēda
cijs cōstat⁹, suo libello i posturis, captiōib⁹ & nōnullis sophistaz agit
strophis, iterdū qdē latētiorib⁹, aliq̄ nō dolis usq̄ adeo māifestis, ut
nēini nō possit uideri miq̄, q̄ tādē frōte ausus fuerit hō, tā apte hōi
bus illudere, q̄ si uero uniuersi adeo eēt stupidi, ut nūq̄ illi⁹ p̄sti-
gias olfacere possent. Quocirca cū hēc ita se habere, alme p̄sul, cō-
pissēm, puinciā mihi a sc̄tā fide apostolica delegatā attēdes, existi-
mabā, etiā & mihi dictū eē, qd̄ mox post ȳba, initio cōmēorata, ad
iūxit ap̄lus. Tu uero iqt̄ uigila, in oib⁹ labora, ministeriū tuū i ple.
Ac hac p̄fecto monitiōe incitat⁹, iustū duxi in hoc opusculo pro
mea uirili i sūlissimas Martini technas i posturasq̄ detegere, dete-
ctasq̄ pp̄pullare, atq̄ ea potissimū ratiōe, auctore ip̄m ueluti serpē
tē cōtinuo pestifere uir⁹ spirātē, q̄ subdol⁹, q̄ deniq̄ uigilāter oib⁹
caued⁹ sit, toti mūdo traducere, ut a p̄fidi uiri pestilētissima doctri-
na, hoiēs dolosei⁹ iā itūetes deinceps maiori cū cura, sese segregēt
atq̄ elōgēt. Qua de re fortissimi athletę David exēplo, de torrēte
scripturaz, q̄ nq̄ a principio sūpsim⁹ lapides limpidissimos, clarissi-
mas inq̄ q̄nq̄ theologicas ȳitates, q̄b⁹ Goliad gigas ille spuri⁹, q̄ se
penūero maledixerat exercitui dei uiuētis, i frōte pcussus, nō am-
pli⁹ in hac re caput attollat, singulis q̄q̄ ȳitatib⁹, duas subiecim⁹ tē
diculas, q̄b⁹ hō uafer, circūuenit decepitq̄ icautos. His ita detectis
i probatisq̄, enodauim⁹ deide cōcordauim⁹ q̄ applicaz scripturaz
q̄ pugnare iter se uidebāt, difficiles sentētias. Postreō sub finē so-
phisticas aliqt̄ Martini captiūculas detexim⁹, cōfutaui⁹ q̄ ei⁹ ua-
nissima fūdamēta sup q̄b⁹ sane, suā emētītā fūdaui libertatē. His
itaq̄ oib⁹ ut acta sunt uigilāter plectis accurateq̄ discussis, i dño cō-
fidim⁹ studiosū lectorē facile pceptuz, Lut. libertatē, p̄sus eē cō-
fictā ac cōmētitiā, atq̄ ab ip̄o diabolo oim maloz satore p̄genitā.
Et i sup̄quā Lut. magno su pcilio christianā p̄dicat, lōge poti⁹ chie-
ricā, imo (si scripturas imitemur) mēstruatā stercorariāq̄ libertatē
eē nūcupādā, Tuē igit̄ fuerit hūanitatis dignissime p̄sul, lucubratiū
culā n̄fam familiari stilo exaratā, quā p̄ ueteri amore, singulariq̄ fa-
uore (q̄ me i meritū sp̄p̄secuta ē) tuē doctissimę paternitati dedica-
ui) benigno uultu māibusq̄ porrectis accipere, suū q̄q̄ Hochstra-
tū (ut solet) sibi commendatum retinere. Vale Coloniae Anno
M D XXV, quarto kalendas Maias.

2. Timo. 4

Ordo libelli

¶ Ad lectorem.

HAbes itaque Christianæ lector opus exiguum, familiari atque
scholastico stilo exaratum, aduersus illam falsam ac emeticam Lu-
theri libertatem, quam christianam ipse nuncupat: cui (ut ingenue
fatear) non nihil laboris impedimus ut hominis uersutissimi tech-
nas, dolos, imposturas ac captiones deprehederemus: propediẽ ue-
ro (deo annuente) alium libellum paulo auctiorem ædituri sumus
aduersus eundem tractatum Lutheri de christiana libertate inscri-
ptum, & per nos in quinquaginta tres paragraphos fideliter di-
stinctum. Ad hunc cõdendum profecto non modo inuitat com-
moditas, uerum & iusta impellit necessitas, quando
in hoc nostro opusculo tam crebro illius tracta-
tus citauimus paragraphos, & lectorem ple-
runque ad eos remisimus. Vale beni-
uole Lector, nostrosque labores
pro fidei pietate pera-
ctos boni consule.

M D C C X V . quarta kalendas Martias

PRIMA VERITAS. CAP. I.



Pera quantūlibet diuinæ aut naturali legi consentanea, humanis uiribus ante gratiā tam charitatis infusionē patrata, nō iustificānt hominē. Immo sunt ad salutis consequutionē profus inualida. De talibus nāq; operibus per prophetā recte dicitur. *Faci sumus immundi omnes nos, & quasi panus mēstruatē uniuersē iustitię nostrę.* Et apostolus de seipso loquēs. *Secundū iustitiā inquit quę in lege est, cōuersatus sine querela: sed quę mihi fuerūt lucra, hęc arbitratus sum propter Christū detrimenta, uerūtāmē existimo omnia detrimenta esse propter eminentē scientiā Iesu Christi domini mei, propter quē omnia detrimentū feci, & arbitror ut stercora, ut Christū lucrificiā, & ut inueniar in illo non habens meā iustitiā, quę ex lege est: sed illam quę ex fide est Iesu Christi.* De eisdē etiā opibus q̄ ad alios loquens. *Ignorantes inquit dei iustitiā, & suā uolentes constituere, iustitię dei non sunt subiecti.* Parui igitur momēti, immo quasi nihil sunt opa, quę iuxta etiā diuinę legis præscriptū aut regulā, extra gratię statū sunt patrata. Nēpe q̄ apostol⁹, suā iustitiā, detrimēta & stercora uocat. Et p̄pheta p̄no cōparat mēstruatē. Atque (ut id quod res est dicamus) huiusmodi opera nequaquā iustificānt. Sicuti alio in loco per eundē apostolū dicitur. *Nō ex operib⁹ iustitię quę fecimus nos sed secundū suā misericordiā saluos nos fecit.* Mortua sunt autē quia nō prodeūt ex illo spiritualis uitę principio quod est gratia, & fides dei cū charitate, dicēte Ioanne. *Qui non diligit manet in morte.* Cur autē iustitia uiribus dūtaxat hūanis cōparata, nostra dicatur iustitia: Iustitia uero dei, apud apostolum dicat, nō qua deus in se iustus est, sed quā, ut iusti simus, ipse in nobis operatur, prima disputatione & secunda satis patefecimus in libro colloquioꝝ quē ad sanctę memorię Adrianū pontificē maximum nuper contra Martinum confecimus.

Impudentissimum Martini mendacium.

Veritas hęc eam cōcernit iustitiā siue salutē, quā nobis ueritas exponit. Porro conueniunt in utraq; ueritate nobiscū Lutherani. Verū circa eas Martinus non immemor artiū suarū, in theologos impudentissimū efflauit mendaciū. Ut enim theolo

gos apud alios doctos pariter & indoctos infamaret, ueritatem hanc primam tanquam à theologis uehementer oppressam, ab eorum quoque scholis, prorsus exulante, multo sudore firmare & erigere molitus est. Nec falsa illa simulatioe satiatus, falsam doctrinam huic ueritati ex diametro contrariam, (id quod sane impudētissimum est) theologis ascribit calūniator nequissimus, tanquam ipsi doceant & scribant, hominem peccatorem nondum iustum, suis posse iustificari operibus, & eo nomine eos cecos uocat, nec hoc suae suffecit malignitati, uerum & adiecit, eos in hac re falli, tanquam lupos rapaces in uestimentis ouium. Deinde per ironiam eos sanctos nuncupat operarios, & demum deceptorias & diabolicas eorum dicit esse doctrinas, sicut haec omnia, quae diximus lectori intueri licebit. § 28. & quatuor sequentibus. Sed his scelestissimis calūniatoris sycophantijs, quod respondebimus? An hic aliquot milia theologorum tam ueterum quam recentium, proferemus, qui patētissimum mendacium impiissimo falsatio per iugulum redigant.

Syncera ueritas.

Accipiat igitur candidus lector synceram sub breuius in hac re ueritatem, docet theologus peccatorem, nondum iustificatum, eo pacto suis non posse iustificari operibus, quam gratia iustificans (quam primam gratiam dicunt) non ex operibus acquirit, sed peccatori a solo deo gratis infundit. Docet deinde hominem iam iustificatum, mox facere opera iustitiae, eternae uitae meritoria, id est ueritate probabitur. Docent praeterea, iustum hominem per bona opera mereri, suam iustitiam, gratis (ut diximus) infusam sibi diuinitus augeri: id quod ex scripturis ostendere non pigritabimur. Scriptum est enim: Qui iustus est iustificetur adhuc. Proinde in bonis operibus, iustitia quae quaeritur, non ut habeatur, sed auctior habeatur, ad quod apostolus hortatur, Diuites inquit fieri in bonis operibus &c. Item quae quae habundetis, sic ambulate quae habundetis magis, ut habundetis in omne opus bonum. Vt denique iuxta eiusdem apostoli doctrinam, Interior homo noster, bonorum operum studio & exercitio, renouetur de die in diem. Et iuxta uocem domini: Talentum quod a domino sumptum accepimus duplicatum reportantes, iucundam illam remunerantis uocem laeti audiamus. Euge serue bone & fidelis quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Detecto igitur Martini mendacio, nunc etiam & strophas argutiarum eius adijciamus.

Techna Martini prima,

Apoca. 22.

1. Timo. 6.

2. Corin. 9

Matth. 25.

VNde hanc circaveritatē, obseruandę sunt Lutheranae infi-
dię, fraudulēta quoq; eius ratiocinatio refellēda, qua ab ini-
tio suos infelicissimos decepit discipulos, quādo ex pręsenti uerita-
te argumētū duxit, uolens ad impij peccatoris iustificationē, opera
neutiq; esse necessaria. Nā si (ut ueritas hęc canit) opera ante iusti-
ficationē facta, neq; merēt neq; cōferūt iustitiā, sed ad iustificationē
iualida sunt, ilico cōcludēdū ptēdit Martin^o, ad impij iustificationē
opera nullaten^o eē necessaria. Cōfutatio Technę eiusdē.

QVæ sane sententia ut est ad inertia fouēdā, & nutriendā de-
sidiā, ualde accōmoda, ita & mea quidē opinione, & erroneū
& diabolicū est eā docere. Vt aut id facilius capiāt Luthe-
ranae paleę, ad oculos q̄so reducant (si tamē oculos habeāt & non
talpis cęciores sint) pctōrem quēpiam mortalibus criminibus irreti-
tū. Is si pro sui iustificatiōe (etiā aliōz adiutus oratiōib^o): assidue de-
prece^t dñm: Putas ne fieri posse, ut hunc sua deus iustificatiōe di-
gnet aut gratia, q̄ diu, nullius obnoxius impotētię, uxore uiro nō
restituerit, iuramentū pręstitū requisitus nō adimpleuerit, merce-
dem indigenti pauperi nō psoluerit, & quos insones, domi, in uin-
culis detinet, nō absoluerit, proximo qđ suū est nō reddiderit (atq;
ut prophetę uerbis utamur) oppresso nō subuenerit, pupillo nō iu-
dicauerit, uiduā non defenderit: Et (ut semel dicā) q̄ diu sciens ope-
rū omissionē, diuinorū mandatorū pręuaricator perseuerat, putan-
dū ne est, talē hominē posse iustificari tali obice perseuerāte. Mi-
nime plane: Nā hoc est quod p̄phetā suū dñs clamat. Cū exten-
deritis (inquiēs) manus uestras, auertā oculos meos a uobis, & cum
multiplicaueritis oratiōes, nō exaudiā, manus em̄ uestre, plene fan-
guine sunt. Ecce quid clarius dici potest: quo argumēto, ope^r ne-
cessitas cōmēdari potuit efficacius? Proinde p̄spicuū sit, opera ea
tenus ad salutē esse necessaria, quatenus unicuiq; ut iustificet, ne-
cesse est diuinę miserationis, supernęq; illustrationis obicem tolle-
re. At obex iste diuinę uisitationis, sine operibus auferrinequit, si
cut in scripturis interroganti: Quis est homo qui uult uitā? Respō-
sum est: Diuerte a malo & fac bonū. Et sapiens ad filiū ait: Pecca-
sti nō adijcies adhuc: sed & de pristinis depcare dñm. Et per pro-
phetā inquit dñs. Ad quē aspiciā, nisi ad pauperculū &c. Et tremē-
tē sermones meos. Cæterz loquimur hic de lege cōmuni & apud

Esa. 1.

Psal. 33.
Eccle. 27.
Esa. 66.

eos, quibus dei mādāta cognita sunt: neq; enim repugnat secus cō-
tingere, qñ iustificatio miraculose fit, & obex p ignorātiā ponitur,
quoz utrūq; in Paulo cōtigit apostolo. Nepe q de se inquit. Misse-
ricordiā cōsecut^o sum, qā ignorās feci in incredulitate. Cuius pte-
rea cōuersio fuit miraculosa, & ob id nimis festiuat in ecclesia.

Techna Martini 2.

Porro Martin^o, quo operū ampli^o uilesceret utilitas. Minusq;
in p̄cio haberent, hominesq; magis torpentes, & bonoz opoz
negligētiores redderet, dolosa nequiterq; subtcuit: bona (id est de
genere bonoz), opera reprobis seu finaliter dānandis, apprime fo-
re necessaria. Neq; enim ipse docet aliqñ, desperatos homines, per-
ditāq; uitā ducentes, dū circa opera passim diuina trāsgridiant mā-
data, ad inferos profundius descendere, & quāto quisq; plus pecca-
tor est, tanto acerbiori æternaliter plecti supplicio. Sicut scriptū ē.
Apoca. 13. Quantū glorificauit se, & in delicijs fuit, tantū date illi tormētū. Et
Deut. 25. alibi: pro mēsurā delicti, erit & plagarū modus. Tenendū igit est o-
pera necessaria esse p̄destinatis peccatoribus, ut iustificēt: repro-
bis uero seu finaliter damnandis, ad acerbioris p̄cenz, perpetuam
tum minorationem, tum mitigationem.

Veritas 2. Cap. II.

Opera quæ sunt iustitiæ, id est, iam iustificati hominis, ex cha-
ritate facta, sunt secundū dei iustitiā uitæ æternæ meritoria:
& ad salutē æternā consequēdā prorsus in adulto necessaria. Hec
ueritas duas cōplectit partes: Vtraq; aut firmis scripturæ sa-
cræ testimonijs cōprobat. Priorē quidē Christi seruatoris irrefra-
gabilis firmat auctoritas, cū dicit. Qui bona egerūt ibunt in resur-
rextionē uitę &c. Et qui fecerit uolūtātē patris mei, &c. Ipse intra-
bit in regnū cæloꝝ. Et apostolus, iquit, Reddet unicuiq; secundū
opera eius, his qui secundū patientiā boni opis, gloriā & honorē,
& incorruptionē quærentibus uitā æternā. Et alibi. Dū facis cōui-
uium uoca pauperes &c. Et retribuet tibi, in resurrectione iustoz.
Et alibi. Da pauperib^o & habebis thesaurū in cælo. Ecce operib^o
uitā æternā repromissam: qd ergo cōgero testimonia? An adhuc
audire uultis apostolū Hebræis scribentē: Nō iniustus (inquit) de^o
est ut obliuiscatur operis uestri, Et alibi. Reposita est mihi corona
iustitiæ, quā reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Et beneficētię

Ioan. 5.
Matt. 7.
Roma. 2

Lu 14.

Mat. 19

Heb. 6
2. Timo. 4
Heb. 13

& cōmunionis nolite obliuisci: talibus em̄ hostijs promeret̄ deus
Ecce quod operibus iustificati hominis secundū diuinā iustitiā de
bet̄ uita æterna. Sunt ergo uitæ æternæ meritoria. Nēpe quibus
uita æterna in mercedē est repromissa. ¶ Posterior uero ueritatis
nostræ pars: etiā seruatoris nostri Christi auctoritate pbat̄. Si uis
inquit ad uitā ingredi serua mādata. Et uos amici mei estis si fece-
ritis q̄ p̄cipio uobis. Sunt itaq; bona opera necessaria q̄ nos æterna
uita, & amicitia diuinæ cōsortio dignos efficiunt. Proinde tanto
nimis interuallo differūt hęc opa, ab his quorū in priori uerita-
te meminimus: quanto (ut sub cōpendio dicā) a pannis mēstruatē,
a detrimētis & stercorebus, distinguūt argētum, aurū, & lapides p̄-
ciosi, ut ex priori ueritate perspicuum est.

2. Pars pbat̄.
Mat. 19
Ioan. 15

Techna Martini 3.

Veritatis istius materiā pertractans Martinus, neq; dolis ab-
stinuit neq; fraudibus. Cū em̄ quicq; impetrādē saluti aptū
atq; accōmodū uideat̄, in diuinā ubiq; referat promissionē, mira ta-
mē uafricie factū est, ut illā æternæ retributionis promissionē, pol-
licitationēq; in tractatu christianę libertatis p̄sus supprimat, quę
bonis duntaxat operibus facta est. Nec aduertere uoluit saluatore
inquentē. Et procedēt qui bona fecerūt in resurrectionē uitę & c.
Et apostolus, bonū facientes non deficiamus, tēpore em̄ suo mete-
mus nō deficientes. Et iterū. Diuitibus huius seculi p̄cipe bene a-
gere, diuites fieri in bonis operibus, ut apprehendant uitā æternā.

Ioan. 5.
Gal. 6
1. Timo. 6.

Techna Martini 4.

Neq; una fraude circa hanc ueritatem satiatus est Martinus,
quin & alterā mediocriter uulpinā superadderit technam.
Cōsiderās nāq; q; forte absurdus, atq; (ut uere est) incredibile cui-
libet sensato uideri poterat, opera bona, homini tā parē eē necessa-
ria, ad nouā suarū fallacia; se cōuertit technā neq; ssim⁹ seductor.
Nēpe ut diceret opera qdē bona oportere fieri, ue; nō ab aliud q̄
ad corporis castigationē & proximi subuētionē, nō aut̄ in regni cæ-
lestis meritū. Neq; hęc fraudē sui magistri, aduertere curāt illotis-
simi & excecatis illi Lutherani, qui (cū nihil minus sint) euan-
gelici tamē uolūt uocari. Si nāq; Christi euāgeliū attēderēt, mox
inuenitēt, opera bona quibus plurimas afferant utilitates, ad duo ta-
mē principalia, p̄cipue esse necessaria: quorū hoc quidē æternæ fe-
licitatis est assequitio: illud uero est æternę mortis euasio. Hac sa-

b

ne gemina necessitas evidentissimis sacri euāgelij roboratē testi-
monijs, dicente Christo. Et procedēt q̄ bona egerūt in resurre-
ctionē uitæ, q̄ uero mala in resurrectionē iudicij. Et itē. Oēm
palmitē in me nō ferentē fructū tollet eū &c. Et si uis ad uitam
ingredi serua mādata. Itē legisperito anxie percontāti, quid fa-
ciendo uitā æternā possideret: prolata in medtū parabola de Sa-
maritano, q̄ misericordiā fecerat cū pximo. Respōsum est a dño.
Et tu fac similiter (subaudi) si uis uitā æternā possidere. Rursus
Christus ihs qui a dextris eius erunt, dicitur est. Venite benedi-
cti patris mei, possidete paratū uobis regnū &c. Esuriui & dedistis
mihi māducare &c. quādiu fecistis uni de his filijs meis mihi feci-
stis. Qui autē a sinistris erūt: ihs dicitur est: discedite a me in ignē
eternū &c. Esuriui & nō dedistis mihi māducare &c. quādiu nō
fecistis uni de minoribus his nec mihi fecistis. Nunc & aliam ue-
ritatem prosequamur. Veritas 3. Cap. III.

Vædā est hominis salus, qua ereptus seu saluatus est, nō q̄
dē ab omni malo, sed duntaxat a malo mortalis culpæ: & a
diabolica seruitute, quæ alio uocabulo nūcupat, iustitia,
secūdū quā homo iustificat, & ab impietate ad statū gratiæ resti-
tuitur. Hāc autē salutē deus optimus maximus, per angelū suum
nobis pollicitus est dicentē. Ipse em̄ saluū faciet populū suū a pec-
catis eorū. Et apostolus. Gratia inquit saluati estis per fidē. Et ali-
bi. Nō ex operibus iustitiæ q̄ fecimus nos: sed secundū misericordiā
suā saluos nos fecit: per lauacrū regeneratiōis. Istæ nāq; scriptu-
ræ & aliæ q̄ plurimæ, nō de æterna salute loquunt, sed de salute
pñtis uitæ, secundū quā in statū gratiæ reponimur. Vnde & non
incōuenienter, salus uitæ, a theologis nominari potest. Et respon-
det hæc ueritas primæ. Ista em̄ est iustitia. Hęc est salus, ad quam
cōsequendā (id qd prima cecinit ueritas) opera sunt prorsus inua-
lida. Techna Martini 5.

Vāquā recte dicat Martinus: quia hāc salutē p̄ opera asseq-
nequeamus, sicut nec sine fide, sine qua nimis deo place-
re nō possumus: false tñ & fraudulenter sic eā soli fidei a-
scribit, eandēq; usque adeo soli fidei promissam astruit, ut in ea ob-
tinenda de charitate mētionē nō habeat, quasi ad iustitiā charitas
nullatenus necessaria sit. Quod sane quia scripturis multipliciter
refragat, qd aliud suspicandū est, q̄ ad subuersionē paruulorū, ab

Ioan. 5.
Ioan. 15.

Mat. 19.
Luca. 10

Mat. 15

Mat. 1
Eph. 2
Titū. 3

hoc cacotechno cōmentū hoc eē excogitatū, quatenus simplices
sola se fide iustificari inaniter confidentes, de charitate nihil curēt,
opera quoque charitatis & iustitię, pessum iacere sinant, a quo sa-
ne errore ceu diaboli retiaculo, omnē ab eē hominē decet christia-
nū. Neq; em̄ satis est habere fidē, sed eā fidē habeas oportet, q̄ cū
charitate tanq̄ cōtubernali, ac socia sit cōiunctissima. Nepe q̄ per
charitatē (ut ap̄lus inquit) operat̄, eo sane respectu ap̄lus, pluribus
enumeratis donis atq; uirtutibus, super omnia inquit charitatē ha-
bētes. Et alibi. Si distribuero in cibos pauper̄ oēs facultates meas,
& si tradidero (subaudi ut diuus intelligit Augustin⁹ pro fidei as-
sertione) corpus meū, ita ut ardeā, charitatē aut̄ nō habuero, nihil
mihi prodest. Gal. 5
Col. 3
1. Cor. 13

Techna Martini 6.

Sed (quod ad scopū, atq; perfidissimi hominis institutū, propi⁹
spectat) propositę ueritati, ad suar̄ fraudiū maiorē cumulū, e-
tiā nouā stropham adiecit. Nā ut cōcluserat salutē hanc, id ē, iusti-
tiā, bonis nō obtineri operib⁹, cōtinuo tanq̄ coronidē infert calli-
dissimus sophista, ad hāc salutē opera non esse necessaria. Nō ali-
ter profecto: q̄ si aliquis argumētaret̄, oculus nō est organū q̄ cur-
rere possim⁹, ergo ocul⁹ ad currēdū non est necessarius. Hic sane
ueluti pestilentissim⁹ summopere cauēdus est error: Tāetsi em̄ iu-
stitiā ipsam, operibus assequi nō ualeamus, sunt tñ in adulto ad suę
iustitię, tū custodiā tū conseruationē opa apprime necessaria. Ve-
ra em̄ iustitia absq; dei dilectiōe eē nequit, qui em̄ non diligit (inqt
Ioannes) manet in morte. At Christus. Qui habet inquit mādata
& seruat ea, ille est qui diligit me. Si p̄cepta mea seruaueritis ma-
nebitis in dilectione mea. Hęc qui nō capit, mēte p̄fecto capt⁹ ē.
Exēplū ergo accipiat. Si nāq; iustus per errorē, quēpiā innocentē
in carcerē & uincula cōiecerit, detectoq; errore, carcerē nō apertue-
rit, uincula nō dissoluerit: nūqd hic iustus manebit, aut suā iustitiā
cōseruabit? Minime. Huius em̄ nobis testis locupletissim⁹ est loā-
nes qui inter cætera sic inquit. Qui habuerit substantiā huius mū-
di, & uiderit fratrē suū necessitatē habere, & clauerit uiscera sua
ab eo, quō charitas dei manet in illo. Filioli nō diligam⁹ uerbo neq;
lingua, sed ope & ueritate. Sunt igitur opera ad iustitię custodiam
apprime necessaria. Et id ipsum idē Ioannes breuib⁹ perstringens.
Filioli inqt, nemo uos seducat: qui facit iustitiā iustus est, quasi di-
cat. Qui nō facit opera iustitię, iustus nō est, quod sane uerū est, etiā

1. Ioā. 3
Ioan. 14
1. Ioā. 3
1. Ioan. 3

si fidem habeat. Nunc & aliam ueritatem tractemus.

Veritas 4. Cap. III.

Est p̄terea & alia, cōsummata p̄fectaq; sal^o: per quā homo ab omni penit^o erūna & calamitate eripit̄. Illa nimis quā in beatitudine illa æterna saluādi accipimus, ac proinde cōgruo uocabulo, patrię sal^o nominata: de qua sane illud intelligēdū est, qđ a Christo dicit̄. Qui perseuerauerit usq; in finē hic salu^o erit. Et illud apostoli. Cū timore & tremore uestrā ipsoꝝ operamini salutē. Cui saluatoris alludit sentētia dicētis, operamini nō cibū qui perit sed qui permanet in uitā æternā. Et illud. Salu^o erit, sic tñ quasi per ignē. Et hoc discrimine differt hæc salus patrię, ab illa salute uię: quod ad hęc uidelicet patrię salutē obtinēdā, & necessaria & ualida sunt opera, de quibus ueritate secunda a nobis sermo est habitus, ad illā uero salutē q̄ (uti dixim^o) ē uię, inualida & insufficientia sunt opa.

Techna Martini 7.

Ad magnā aut̄ Lutheri fraudē spectat, in toto tractatu de libertate christiana, ne semel quidē æternæ salutis meminisset: at quotiēs nominib^o istis, salus, saluatio, uel saluū fieri, uti^o, nō de hac æterna, sed de ea duntaxat semper locutus est, quā priori loco salutē uię nominauimus. Callebat em̄ homo uersipellis, salutē æternā, bonis operibus obtineri posse iustitię, q̄ nimmo eis uitā æternā & debitā, & permissam esse, ut secunda ueritate mōstratū est. Sciuit p̄terea alterā salutē (quā iustitiā uię dixim^o) neq; operibus bonis debitā, neq; operibus obtineri posse. Cū ergo totus ad hoc aspi- ret, ut bonoꝝ opoꝝ necessitatē dānet & improbet, hominesq; a bonis operibus retrahat: idcirco illā salutē, q̄ bonis debet operibus prorsus subtrahit. Illā uero salutē, q̄ operibus nullatenus obtineri potest, semp̄ in ore uersat, de ea quoq; uehemēter hęc ueritatē inculcat, qm̄ per opera attingi nō potest: qua sane ueritate obtēta, suppressaq; prorsus salute æterna. (Nēpe ne semel quidē ab eo cōmemorata) mox affatim p̄batum putat, uel potius (id qđ uero simili^o est) cōclusum mēdaciter simulat, absolute & simpliciter nulla opera ad salutē esse necessaria. Et quidē simulatā suā cōclusionē, plenis buccis usq; adeo incautis hominib^o uehemēter inculcat, ut ne opera quidē iustitię seu hominis iustificati ad æternam salutē ualida aut necessaria putēt̄. Sed nō aduertūt garrulæ illæ cicadæ. In antris tenebrarū cōmorantes, rudissimi Lutherani: huius

Mat. 10
Phili. 2.
1. Corin. 3

Cōfutatio
Technę.

fallacissimi seductoris astus, neq; machinatiões ei⁹ intelligūt, quin etiā iludēti, ultro colludūt & applaudūt. Ille bonorū operū doctrinā dānat; & incautos dū imposturas, technas, strophasq; argutiā eius attendere nō curant, eos ad inferostransmittit. Christ⁹ uero econtra, nos ad opera bona inuitat: eisq; cæleste p̄miū statuit (ut clarissime ostensum est, ostenditurq; inferius) Proinde ualde mirādū est cur nō aduertāt excæcatissimę talpæ, Luthero bellū cū Christo, fœdusq; cum diabolo esse.

Techna Martini 8.

Porro circa eandē ueritatē, q̄ ad æternā spectat salutē, etiā & alio dolo, nō modico usus est Martinus. Semp̄ em̄ promissionē illius salutis quā nuper salutē, seu iustitiā uie appellauim⁹ ad cœlum usq; extulit; Illius nāq; amplissime ac suauissime promissionis, q̄ in mercedē operū iustitiæ, æternā salutē proponit, ne semel quidē aliqñ meminit. Callebat em̄ uaser hō atq; uersut⁹, salutē seu iustitiā uiaē, nullis posse asseq; bonis operibus, & hoc quidē pacto certissimus erat, salutē illam siue iustitiā, bonis opibus nullaten⁹ eē re promissam. Aduertit deinde astutula uulpis, illā æternæ uitæ dulcissimā promissionē, bonis operibus a Christo propositā, & p̄ hominib⁹ ad bona opera trahēdis, immodice ualidā & efficacē. Volensigit̄ homines (id quod totis neruis eniti⁹) prorsus ab omnibus operibus reuocare, priorē promissionē (q̄ operibus nullaten⁹ facta est) ubiq; mirifice extollit. Alterā uero (q̄ ē uitæ æternæ) p̄missionē, homines ad bonas operatiões puocantē, ne semel qdē cōmēorauit. Cur hoc? Ob hoc nimis, quia suæ malignitatis (quod diximus) fraudulēto instituto utrūq; bene cōueniebat. Neq; attendit strophā hanc (quā tñ pedibus palpare possit) insulsissima illa Lutheranoꝝ barbaries

Caput V.

Fides ab apostolo Paulo definita, duplicē habet statū. Interdū em̄ est per charitatē tanq̄ robore quodā (ut ita dicā) adornata. Aliqñ uero, isto charitatis uitore extat priuata. In priorē qdē statu, dicimus eā charitate formatā, quo modo loquens apostolus, in Christo Iesu (inquit) neq; circūciso aliquid ualet neq; p̄putiū, sed fides quæ p̄ charitatē operat̄. Et alibi. Superhabūdauit inquit gratia dñi nostri cū fide & dilectione. Et rursus. Saluabit̄ aut̄ &c. si p̄manserit in fide & dilectione. De hac etiā fide accipiendū est ilud. Sancti per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam &c.

Gal. 6

1. Tim. 1

1. Tim. 2.

Heb. 11.

Atq; hæc est fides qua deus homines iustificat, fide purificans cor
 da eorum. Itē & alibi. Christum habitare per fidem in cordibus
 uestris in charitate fundati, & radicati, deus autem non habitat
 in nobis sine charitate. Scriptum est enim, Qui manet in charita-
 te in deo manet, & deus in eo. De hac sane fide libro de fide & o-
 peribus diu⁹ inquit Augustinus, disputauit, demonstrauiq; sic pro-
 mitti Christi fidelibus uitā æternam, ut non eis per fidem mortu-
 am (quæ sine operibus saluare non potest) ad eam se quisq; perue-
 nire posse arbitretur, sed per illam fidē gratiæ, quæ per dilectionē
 gratiæ operatur. Idem eodē libro, de hac fide loquēs. Fundamē-
 tū aliud nemo ponere, inquit, &c. quod est Christus Iesus, si autē
 Christus, pculdubio fides Christi. Per fidē q̄ppe habitat Christ⁹
 in cordibus nostris, sicut & idem apostolus dicit. Porro fides Chri-
 sti illa utiq; quā definiuit apostolusq; per dilectionē operatur. Nō
 enim fides illa demonū, cum & ipsi credant & contremiscant &c.
 & filium dei confiteantur Iesum, potest accipi in fundamentum.
 Quare? nisi quia nō est fides quæ operatur per dilectionē, sed quæ
 exprimitur per timorē. Fides itaq; Christi, fides gratiæ christianæ
 id est ea fides quæ per dilectionē operatur, posita in fundamen-
 to, neminē perire permittit. ¶ Rursus iuxta secundū statū, fides, est
 apud christianos, qui sunt peccatis etiā mortalibus illaqueati. De
 tali sane fide loquens apostolus. Si habuero inquit omnem fidem
 &c. Charitatem autē non habuero nihil sum (subaudi ad uitam æ-
 ternam obtinendā). Vbi diligenter est aduertendū apostolum di-
 xisse omnem fidem. Qui enim dixit omnem, nullam utiq; fidem,
 uel fidei gradum excludit. Quam enim fidem exciperet, quando
 eam non excipit, qua & montes posset transferre? Et Petrus apo-
 stolus in patientia inquit pietatē, in pietate autem amorem frater-
 nitatis, in amore autem fraternitatis, charitatē &c. Cui enim non
 præsto sunt hæc, cæcus est &c. Hanc etiam ueritatem diui Iacobi
 uerba confirmāt dicentis. Fides sine operibus mortua est in semet
 ipsa. Diuus quoq; Augustinus, æquissimus sacrarum literarū in-
 terpres, id probans, de hac fide sic cōcludit 15. de trinitate, ipsam fi-
 dem non facit utilem nisi charitas. Sine charitate quippe, fides po-
 test esse, sed non & prodesse. Propter quod nimirum & apostolus
 Paulus. In Christo inquit Iesu, neque circuncisio neque præputi-
 um aliquid ualet, sed fides quæ per dilectionem operatur; sic eam

Ephe.3

Ca.ulti.

Ca.16.

Ephe.3

Alter sta-
tus fidei.

1. Corin. 13

2. Pet. 1

Iaco. 2.

Cap. 18

Gala. 5

discernens a fide, qua & demones credunt & contremiscunt; hæc ille. Vocat autem communis theologorum schola hæc fidem informem, ob id nimirum, quod ei desit decor & vigor ille charitatis, sine qua profecto, nec ipsa ualet fides, nec opera eius.

Techna Martini IX.

Martinus ubiq; de fide, absolute sine distinctione loquens, solam fidem astruit sufficere ad salutem. Quod presentissimum uenenum mira arte compositum, plurimoque melle illitum, suis insensatis instillat lectoribus. Hoc sane ille non modo mellifluæ, sed & mendacissime consolationes palam ostendunt, quibus stultos homines, uelut ad choream subsilire facit ne dicam insanire, quando § 17. sic ait. Si lege opus non habet, certe liber est a lege, uerum quoque est, iusto non est lex posita. Atque hæc est illa christiana libertas fides nostra &c. quæ facit ne cuiquam opus sit lege & operibus ad iustitiam aut salutem. Deinde §. 42. sic inquit. Vita christiana &c. alteri gratis & sponte seruit, ipsa abunde satur, fidei suæ plenitudine & opulentia. Deinde §. 43. omnia alia opera nostra ad aliorum commoditatem ordinentur, cum per fidem suam quisquis sic habundet, ut omnia alia opera nostra, totaque uita, ei superfluant. Item §. 45. christianus inquit (quemadmodum caput suum Christus) per fidem suam satur & plenus, contentus esse debet hac forma dei, per fidem obtenta, nisi quod ipsam hanc fidem augere debet, donec perficiatur, & ita debet cogitare. Mihi dedit dominus meus, omnes in Christo diuitias iustitiæ & salutis, ut nulla re prorsus indigeam, nisi fide quæ credit sic se habere &c. quandoquidem per fidem omnium bonorū per Christum habundans sum.

Præterea §. quinquagesimo secundo. Si quippiam inquit uoles orare, ieiunare &c. caue facias eo sine, q̄ tibi aliqd cōmodi tēporalis siue æterni pares, iniuriam enim fidei tuæ facies, quæ sola tibi omnia præbet. Ideo sola curanda ut augeatur. Hactenus noster Martinus. ¶ Age modo cādide lector, quā pie sonant istę pestilentissimæ cōsolatiōes. Vt quid ergo adhuc, quasi nostrę plenitudinis ignari, plāgimus? Tristē spiritū, uotis dūtinis, ieiunijs, uigilijs, orōnibus, & id genus cōsimilibus nugis & crudeliter & frustra atterim⁹. Si peccauim⁹, innocentē sanguinē fudim⁹, uirgines deo dicatas uio

Confutatio
eiusdē stro-
phæ.

lauim⁹: si cōtra omnē legē, tū diuinā tū humanā crudeliter egim⁹
nō tamē fidē (quā sola nos saluare sufficit) abnegauim⁹. Quid er-
go frustra mœrore cōsumimur, quādo ip̄a fide, sic saturi & pleni su-
mus, ut nulla re alia prorsus nobis sit opus. Ecce consolationes qui-
bus tanquā armis, suas peccatrices conscientias muniunt infani ho-
mines. Nec aduertūt leuissimæ illę stipulæ inter christianos ppau-
cos inueniri, qui se uerā ac syncerā habere fidē, nō certissime con-
fidant. Porro quotusquisq; est inter christianos, etiā quātumlibet
perdite uiuens, qui non certissima fide teneat, quod per mala ope-
ra æternam sidi damnationem thesaurizet. Sed unde hoc nouit?
Nonne per uerbū Christi, cui credit dicenti. *Ite maledicti in ignē
æternū &c.* Fidem ergo habet rectam, etiā qui perdiuissimus fue-
rit. Adulteri quoq; & scortatores, spem propositūq; habent, ut ali-
quando diuino freti auxilio, uitā moresq; corrigāt, accepturi secū-
dum diuinas promissiones, æternæ salutis hereditatē. Ergo habēt
& isti fidē. Nēpe qui diuinis credūt promissis. Quid igitur rogo re-
liquū superest, quod eis ratione consequēdi salutis, est necessariū,
cū fidē habeant, quā solam docet Lutherus, sufficere ad salutem.

Techna Lutheri 10.

Martinus affirmās solā fidē sufficere ad salutē, ubiq; de ea
loquitur fide, qua deo tanquā ueraci credimus: supprimit
autē semper eā fidē quā deo in obseruandis mandatis eius
astricti, seruare fidē tenemur, de priore fide dicimus: nō habuit mi-
hi fidem, de altera uero dicimus: non seruauit mihi fidem. Proinde
actus illius proprius, non est credere promittenti, sed perficere &
exhibere promissā creditori, neq; ab ea, quis dicitur creditor sed p-
missor potius, unde & ab hac fide deus in scripturis fidelis dicitur.
Distinctionē hanc fidei nobis aperit Augustin⁹ libro de spiritu &
Ira, cap. 51. ut in sequenti opere §. 23. patebit. Et quia fides secūda
priorē fidē omnino p̄supponit, neq; sine charitate esse potest, quæ
est plenitudo legis. Idcirco nihil inconuenit de ea asseuerare, quo-
niā seruata, sufficiat ad salutē, sicut scriptū est. Si uis ad uitā ingre-
di serua mandata. Si quis diligit me sermonē meū seruabit &c. &
ad eū ueniet & mansionē apud eū faciem⁹. Hanc ubiq; fidem
supprimit Martinus, ut contra suā babylonicā captiuitatē nuper
latius ostendimus. Sed nunc circa quintam ueritatem aliam Lu-
theranorum audiciamus technam.

Techna Lutheranorum quæ & XI.

Sed uiros iam audiamus euāgelicos, qui ut peruersissimam sui præceptoris, omnium hæreticorum antesignani doctrinam, quodam pallio honestarent, simulatæ cuiusdam consolationis admixtu, eam temperarunt. Hos siquidem aliquando, (non sine cachinno) audiui, ita hallucinantes. Quando salus hominis, soli fidei ascribitur, non ilico putamus opera excludi, quia fides est quæ facit opera: uolentes per hoc perfidi, simplicibus, quos decipiunt, satis esse persuasum, non esse a uero alienum, salutem hominis soli fidei ascribi. In quo profecto & fallunt, & falluntur homines impij. Nam & si certissimum sit bona opera, non nisi ex fide procedere, quando scriptum est. Omne quod non est ex fide peccatum est. Et alibi. Iustus ex fide sua uiuit, id est, ex directione fidei, opera uitæ spiritualis exequitur, nequaquam tamen id conuertitur, ut quicumque fidem (etiam quantumlibet firmam) habeat, mox opera iustitiæ perficiat, id quod clarissime exprimens Iacobus apostolus. Quid proderit inquit fratres mei, si fidem dicat quis se habere, opera autem non habeat, nunquid fides poterit saluare eum? Fides si non habet opera, mortua est in semetipsa, sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est: hæc ille. Præterea ut mens apostoli Pauli est, fides nisi per charitatem operetur, opus sanctum ac ualidum non perficiet. Quod ut clarius accipias candide lector attende quæso, quod in corpore est oculus, hoc fidem esse in anima, quod in uita militari robur & agilitas est corporis, hoc in uita spirituali ipsius animæ, esse charitatem. Fortis namque ut mors est dilectio. Ecce robur. Nescit quoque tarda molimina charitas inquit Gregorius. Ecce agilitatem. Vnde non iniuria charitas, uita spiritualis dicitur ipsius animæ. Id est, proximum principium spiritualis uitæ. Quocirca charitate ablata, anima iam mortua est, & impotens, ad opera iustitiæ, etiam si ualida sit firma fide. Cur ita? Profecto quia charitate ablata non amplius deus, super omnia diligitur, sed in amore humano, deo creatori, sua creatura præfertur. De quali certe amore Iacobus inquit apostolus. Nescitis quia amicitia huius mundi, inimica est deo. Porro quomodo ab anima mortua, a uoluntate, sic sauciata, progredi poterit operatio uitæ æternæ meritoria, minime.

Roma. 14.
Aba. 2

Iaco. 2

Gala. 5.

Canti. 8
Grego.

Iaco. 4.

Caput VI.

Nunc autem Pauli & Iacobi apostolicas sententias, quæ
 Rom. 3
 Iaco. 2. in hac materia pugnantem uidentur concordemus. Pau-
 lus enim, inquit. Arbitramur iustificari hominem per fidem si-
 ne operibus. Iacobus uero eregione arbitratur, fidem sine operi-
 bus inanem, & in seipsa mortuam. Has igitur aggrediamur scri-
 pturas, diui Augustini uerbis utentes, quem sane præ cæteris
 singulariter gaudeo mihi datum esse in omnibus fidelem ducem.
 Cap. 14. In libro de fide & operibus, iam uideamus (inquit) quod excutiē-
 dum est a cordibus religiosis, ne mala securitate, salutem suam
 perdant, si ad eam obtinendam, sufficere solam fidem putaue-
 rint, bene autem uiuere, bonis operibus uiam dei tenere, negle-
 xerint, hæc ille. Vide hic Lutheranam perfidiam primo ictu
 percussam. Causam quoque adiiciens. Etiam temporibus apo-
 stolorum, inquit, non intellectis quibusdam sententijs subobscu-
 Rom. 3. ris apostoli Pauli, hoc eum quidam arbitrati sunt dicere, facia-
 mus mala ut ueniant bona, quia dixerat, lex subintrauit, ut abun-
 daret delictum, ubi autem abundauit delictum, superhabūdauit
 Rom. 5. & gratia. Et postea sequutus idem, sic ait Augustinus. Cum er-
 godicit apostolus. Arbitrari se iustificari hominem per fidem si-
 ne operibus legis, non hoc agit, ut percepta fide, opera iustitiæ cō-
 temnantur, sed ut sciat se quisque per fidem posse iustificari, eti-
 am si legis opera, non præcesserint, sequuntur enim (subaudi o-
 Quæst. 76. pera iustitiæ) non præcedunt iustificandum. Et libro 83. quæstio-
 num. Ideo exemplo, inquit, Abrahamæ & apostolus Paulus uti-
 tur, quia sine operibus legis, quam non acceperat per fidem iusti-
 ficatus est. Rursus, ubi prius, sic dicit. Quando ergo hæc opinio
 tunc fuerat exorta, aliæ apostolicæ epistolæ Petri, Ioannis, Iaco-
 bi, Iudæ, contra eam, maxime dirigunt intentionem, ut uehemen-
 ter astruant, fidem sine operibus nihil prodesse, sicut etiam ipse
 Paulus non qualemlibet fidem, qua in deum creditur, sed & eam
 salubrem plane, quam euangelicam definiuit, cuius opera, ex di-
 lectione (alias charitate) procedunt. Vnde illam fidem quæ suffi-
 cere ad salutem quibusdam uidetur, ita nihil prodesse asseuerat, ut
 dicat, si habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, charita-
 tem autem non habeam, nihil sum, ubi autem hæc fidelis charita-

1. Corin. 13.

tas operatur sine dubio bene utuntur, plenitudo enim legis charitas. Vnde Petrus euidenter in secunda epistola, cum prænunciaret & c. terram nouam expectari, quam iustis inhabitanda traderetur, & ex hoc attenderent, qualiter eos oporteret uiuere, ut illa habitatio digni fierent, sciens de apostoli Pauli quibusdam subobscuris sententijs, non nullos iniquos accepisse occasionem, ut tanquam securi de salute, quae in fide est, bene uiuere non curarent, commemorauit quaedam ad intelligendum difficillima esse in epistola eius, quae homines peruerterent, sicut & alias scripturas, ad proprium suum interitum. Attende hic lector, etsi id non exprimat Martinus, tamen nihil aliud sua disputatione intendit, quam ut homines non curent bene uiuere, id est, facere opera iustitiae. Deinde cepta prosequitur Augustinus dicens, Iacobus autem uehementer infestus est eis, qui sapiunt fidem sine operibus, ualere ad salutem, ut illos etiam demonibus comparet. Hucusque Augustinus. Porro contra eandem peruersam haeresim, Ioannes inquit apostolus. Filioli nemo uos seducat, qui facit iustitiam iustus est, quasi aperte significans, qui non facit opera iustitiae, iustus non est, neque est in uia salutis. Idem quoque eruditissimus pater Augustinus libro 83. quaestionum. Cum Iacobus (inquit) bona opera commendauit Abraham, quae eius fidem comitata sunt, satis ostendit Paulum apostolum, non ita per Abraham docere, iustificari hominem per fidem sine operibus, ut si quis crediderit, non ad eum pertineat bene operari: sed ad hoc potius, ut nemo meritis priorum bonorum operum, arbitretur se uenire, ad iustificationis gratiam, quae est in fide. In hoc se gentibus in Christum credentibus, Iudaei praeferrere cupiebant, quod dicebant se meritis bonorum operum, quae in lege sunt, ad euangelicam gratiam peruenisse. Vnde Paulus dicit, posse hominem sine operibus se (subaudi fidem praecedentibus) iustificari per fidem. Ideo exemplo Abraham & apostolus Paulus utitur, quia sine operibus legis, quam non acceperat iustificatus est. Nunc ergo ad concordandas apostolorum sententias quae aduersae uidentur ex diuo Augustino descendamus. Sic enim q. 76. inquit. Qui putant istam Iacobi apostoli sententiam, contrariam esse illi Pauli apostoli sententiae, possunt arbitrari, etiam ipsam apostolum Paulum sibi esse contrarium, quia dicit alio lo-

Roma. 13.
2. Petri. 8

1. Ioan. 3.

Quaest. 76

Concordantur
apostolicae sen-
tentiae,

Rom. 2
Gala. 6
Rom. 8
1. Corin. 6
Matt. 7

co. Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Et alio loco. Sed fides quæ per dilectionem operatur. Et iterum. Si secundum carnem uixeritis, moriemini, si autem spiritu, facta carnis mortificaueritis, uiuetis &c. Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes. Et ad Corinth. ait. Nolite errare, neque fornicatores &c. regnum dei possidebunt. Et hæc quidem fuistis. sed abluti, sed sanctificati estis, in nomine domini nostri Iesu Christi. Quibus sententijs manifestissime docet, non eos præterito bono opere, ad fidei iustificationem peruenisse, nec meritis eorum, gratiam istam datam, quando dicit, & hæc fuistis. Sed cum dicit, qui talia agunt, regnum dei non possidebunt, satis ostendit. Iam ex quo crediderunt, bene operari debere, quod & Iacobus dicit, & multis omnino locis &c. Paulus satis a parteque prædicat recte uiuendū omnibus, qui in Christo crediderunt, ne ad pœnas perueniant, quod & dominus commemorat dicens, Non omnis qui dicit mihi domine domine, sed qui facit uoluntatem patris &c. ipse intrabit in regnum cœlorum &c. Quapropter nō sunt sibi contrarię, duorū apostolorū sententię, Pauli, & Iacobi, cum dicit unus, iustificari hominem per fidem sine operibus & alius dicit, inanem esse fidem sine operibus. Quia ille dicit de operibus, quæ fidem præcedunt. Iste de ijs quæ fidem sequuntur, sicut etiam ipse Paulus multis locis ostendit. Ecce hic clarissimam inter apostolicas sententias ex diuo Augustino concordiam.

Caput VII.

Rom. 4
Iaco. 2

DEinde non abs re fuerit, & alias apostolicas scripturas concordare: Paulus enim apostolus, Si Abraham, inquit, ex operibus iustificatus est, habet quidem gloriam, sed non apud deum. E regione uero Iacobus inquit apostolus. Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est. Facile autem concordantur istę q̄ cōtrarię uidēl sententię. Paulus enim apostolus (ut paulo ab hinc nobis testatus est Augustinus, quando inficiatur ex operibus hominem iustificari, de operibus loquitur quæ fidem antecedunt, & sic de iustificatione nimirum loquitur, qua ex impio quis efficitur iustus. Quando autem Iacobus affirmat, Abraham ex operibus iustificatum, non de ea loquitur iustificatio-

ne, qua ex impio fiat iustus, hoc enim plane conuincit pars illa orationis, quæ continuo subiungitur, quando inquit: Abraham pater noster, nonne ex operibus iustificatus est, offerens filium suum Isaac super altare. Hanc enim oblationem fecit Abraham iam olim per fidem iustificatus, sicut scriptura dicit. Credidit Abraham & reputatum est ei ad iustitiam. Deinde dudum iustificatus ad perfectionem iustitiæ diuinitus fuit inuitatus, cum diceretur ei. Ambula coram me, & esto perfectus, hæc quidem acta sunt longo temporis interuallo, ante natiuitatem Isaac, quam immolatio Isaac sequuta est. Propter quam sane dixit dominus. Per memetipsum iuravi dicit dominus. Quoniam fecisti hanc rem, multiplicabo semen tuum sicut stellas &c. Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. Intendit ergo loqui Iacobus apostolus de operibus non modo ex fide Abraham procedentibus, quando quidem subiungit, uides quoniam fides cooperabatur operibus illius, uerum etiam loquitur de operibus ex fide, per charitatem operante, procedentibus. Nam ut inquit uenerabilis Beda. Quia Abraham tam feruente fide credidit deo ut promptus esset animo, ad agenda omnia quæ deus iuberet, merito fides eius a deo qui cor nouerat, illi reputata est ad iustitiam, hæc ille. Cum autem talis feruor talis quoque promptitudo, nimirum a feruore charitatis processerit, quæ quidem charitas uera utique iustitia est, idcirco apostolus addit. Et ex operibus fides consummata est, Super quo uenerabilis Beda. Et ut nos quoque fidem illius qua iustificatus est, sciremus, tentauit eum deus, iubens offerre filium, & ex operibus, fides consummata est, id est, quod esset in corde eius perfecta, operum exequutione probatum est. Hæc Beda. Quomodo enim fides redditur perfecta nisi charitate, probatio nanque dilectionis exhibitio est operis. Perfecta igitur fides operum exequutione, diuina (ut audiuius) commendatione probata est uere, quemadmodum scriptum est. Non qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem deus commendat. Commendauit autem deus ut audiuius oblationem Abraham. Quando ergo apostolus Iacobus affirmat, patrem Abraham ex operibus iustificatum, & ex hoc infert inquit: Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, non hoc dicit de iustificatione, qua impius fit iustus. Ne-

Gene. 15

Gene. 17

Gen. 22

Iaco. 2

Gregorius

que enim talis iustificatio locum habet in proposito Iacobi apostoli, ut iam ostendimus. Dicit ergo hominem iustificari ex operibus, sicut eum dicit consummari ex operibus, id est, iustitiam hominis ex operibus uere probari & commendari. Nam ut glossa ibidem dicit. Fide Abraham obtulit Isaac cum tentaretur, hæc oblatio est opus & testimoniū fidei & iustitiæ: hoc glossa. Vel intelligitur homo iam iustus iustificari, id est, amplius iustificari, quod est maiori iustitia dignum fieri. Vnde glossa ibidem. Quod Abraham per fidem sine operibus iustificatus dicitur, de operibus quæ præcedebant intelligitur, quia per opera quæ fecit, iustus non fuit, sed sola fide. Hic de operibus agitur, quæ fidem sequuntur, per quæ amplius iustificatur, cum iam per fidem fuisset iustus. Hoc glossa. Cui sane interpretationi Ioannes fauet apostolus in Apocalypsi. Qui iustus est (inquiens) iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc.

Apo. 22

Caput VIII.

Mouetur Lutherana obiectio.

Rursus possent Lutherani, in iustificationem primæ Technæ Martinianæ, ea quæ ibidem de iustificationis obice diximus, apparenter impugnare. Paulus nanque gentium doctor. Arbitramur (inquit) iustificari hominē per fidem sine operibus. Quod sane apostolicum uerbum noster Aquinas intelligit, non modo de ceremonialium, uerum etiam de moralium præceptorum operibus, inter quæ nimirum moralia, quæ iuris nature sunt, ideo omnibus nationibus cōmunia sunt. Potest ergo iustificari per fidem homo, sine quibusuis bonis operibus. Non igitur ad mouendum obicem seu obstaculum gratiæ iustificanti, homini opus est bonis operibus, cuius omnino contrarium, superius nos demonstrasse arbitrati sumus.

Obiectionis prior dissolutione.

Hanc apparentem obiectionem perleue fuerit diluere. Nam iuxta diui Augustini expositionem commemoratam, Apostolus loquitur de operibus, fidem antecedentibus, cum dicit: Arbitramur iustificari hominē &c. atque in hoc haud male sequitur eum noster Aquinas, Vir cuius summæ eruditiōi respondet sanctorū morum integritas: loquitur ergo apostolus de homine infideli, in quo sane non ille obex ponitur diuinæ gratiæ influxui, de quo certe nobis & fuit & erit sermo. Hic enim obex est diuini præ-

cepti scienter & assidue facta præuicatio, quæ sane non sine noua est indignatione & offensa diuinæ maiestatis. Non ad misericordiam sed ad iracundiam prouocatiua. At scientia illa, & qui eam consequitur obex (quem diximus) fidem requirunt. Apostolus autem loquitur de operibus, quæ fidem præueniunt, in homine scilicet infideli. Quo fit, ut nihil omnino sit repugnans, inter apostolum & ea quæ nos diximus.

Aliter responderi posset, exponendo uerbum apostoli, ut eius sensus sit. Arbitramur iustificari hominē per fidem, sine operibus legis etiā moralibus per quæ in homine causetur iustitia, siue per quæ homo mereatur iustificari apud deū. Quia apostolus infra dicit. Si enim gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam nō esset gratia, ad quæ nimirū intellectū eodē capite apostolus præmiserat, quoniam ex operibus legis, non iustificabitur omnis caro coram deo. Quod quidē apostolicū uerbū noster Aquinas intelligit, de omnibus operibus, tã ceremonialibus, quàm moralibus ipsius legis. Sicut em̄ alio loco inquit apostolus, si ex lege iustitia, Christus gratis mortuus est. Et quidē hūc sensum ab initio, prima nostra ueritate prosequuti sumus. Proinde sicut prior solutio uerbū illud apostoli, arbitramur hominē iustificari per fidē sine operibus, dumtaxat de operibus exponit, quæ fidē antecedunt, nēpe in eo qui fidelis non est, ita sane & hæc altera solutio, uerbū illud extendit etiā ad opera, quæ quidē sequuntur, sed iustitiæ infusionē antecedunt, utpote in homine fideli aliquibus peccatis mortalibus adhuc irretito. Et cum utroque sensu firma manet & stat prima nostra ueritas.

Caput IX.

Rursus pro iustificatiōe strophæ Martinianæ, quā primo locē induximus alia (& quidē apparens) ortiur difficultas. Inquit enim apostolus: lex subintrauit ut abundaret delictum, ubi abundauit delictum superabundauit & gratia. Si igitur abundantibus peccatis, superabundauit gratia iustificatiōis, profecto cōsequens in primis erit, mala nos facere debere, ut eueniant bona. Quare (id quod ad nostrū institutū attinet) nequaquā ad amouendū obicē gratiæ iustificationis, bonis operibus opus erit. Hanc difficultatē elegantissime absoluit uenerabilis Beda super secūda epistola beati Petri apostoli, sic dicens, Difficilia autem intellectu in epistola

2. Solutio eiusdem.

Roma. 11

Roma. 3

Gal. 2

Difficultas contra primā doctrinam Lutheranam.
Roma. 5

Solutio Bedæ.

lis Pauli, quæ ab indoctis & instabilibus dicit esse deprauata. Illa sunt maxime, in quibus de gratia dei loquitur, quæ iustificat impios, hoc est ex impijs facit iustos. Dicit enim iste, ubi autem abundauit delictum, abundauit & gratia, quod illi putabant non intelligentes, eũ dicere, faciamus mala ut ueniant bona. Absit autem, ut Paulus suos auditores, ad promerenda bona, doceat facere mala, cuius omnis intentio est, a malis coercere, & ad bona agenda quoscunque potest aduocate. Sed cum dicit, ubi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia, donum gratiæ uehementius commendat, quæ & magna solet conuersis, & minora dimittere peccata, & quanto maiora ante conuersionem peccata commisit, tanto maiorem gratiæ donantis, indulgentiam conuersus accipit. Loquitur ergo hoc apostolus de ijs quæ iã commisimus peccatis, ne quis desperatione uenię, pro magnitudine scelerum pereat. Non autem (ut inimici interpretabantur) suadebat plura facere peccata, ut potiora reciperent bona. Unde beatus Petrus recte ammonendo, subiunxit. Vos autem fratres scientes custodite ne insipientię errore transducti, excidatis a propria firmitate, præscientes, quia insipientes multiformes introducent errores. ¶ Habes nunc pie lector, absolutissimam difficultatis motę dissolutionem. Non enim hoc uult apostolus, ut multitudine criminũ, q̄ maioris iustitiæ fructũ reportet, & quanto cõuersioni suæ, maiorem obicem ponat, tanto maiorem gratiam gratificantem assequatur. Sed intendit, si quis post plura commissa crimina dei misericordia conuertatur, & conuersus iustificetur, id profecto ad maiorem indulgentiæ gratiam pertinere, quam si pauca contraxisset delicta quemadmodum absque dubio & maioris gratiæ est multa quam pauca remitti,

Caput, X.

Contra secundam ueritatem & quartam, quando sane constanter asserimus, uitam æternam bonis obtineri operibus, non cotemnenda difficultas occurrit, quam quia diu⁹ Augustinus libro de gratia & libero arbitrio, capite octauo, & mouet eleganter, & resolutissime absoluit, iccirco uerbis eius, in

psentiaꝝ utemur, sic inquietis, Nascit̄ inde non parua q̄stio, q̄
dño donāte soluēda est. Si em̄ uita æterna opibus bonis reddi
tur, sicut aptissime dicit scriptura, qm̄ deus reddet unicuiq̄ se
cū dū opa eius, q̄o gr̄a est uita æterna, cū gr̄a nō opibus red
dat, sed gratis detur, ipso ap̄lo dicēte. Ei q̄ operat̄, merces nō
imputat, secundū gr̄am, sed secundū meritū (alias secundū de
bitū) Et iteꝝ. Reliquiæ p̄ electionem gr̄æ saluē factæ sunt, &
mox addidit. Si aut̄ gr̄a iā nō ex operibus, alioquin gr̄a iā non
est gr̄a, q̄o ergo est gratia uita æterna? &c. Cum em̄ dixisset
ap̄lus, Stipendiū peccati, mors. cōtinuo subiūgit, gratia autē
dei, uita æterna. Deinde secutus Augustinus. Ista inq̄t q̄stio,
nullo mō mihi uidef̄ posse dissolui, nisi & intelligamus, etiam
ipsa bona opa nostra, q̄bus æterna reddit̄ uita, ad dei gr̄am p̄
tinere, propter illud q̄d ait dñs Iesus. Sine me nihil potestis fa
cere. Et ap̄lus cū dixisset, Gratia salui facti estis p̄ fidē, & hoc
nō ex uobis, sed dei donū est, Nō ex opibus, ne forte qs extol
lat̄ &c. Quid est hoc, q̄d cū gr̄am dei cōmēdās dixisset, Non
ex opibus, ne forte qs extollat̄? Cur hoc dixerit rationē reddēs
ip̄sius em̄ sumus (inq̄t) figmētū creati in Ch̄so Iesu in opibus
bonis. Q̄o ergo nō ex opibus, ne forte qs extollat̄? Sed audi
& intellige nō ex opibus dictū, tāq̄ tuis ex teip̄so tibi existen
tibus, sed tanq̄ his, in q̄bus te deus finxit. i. formauit & creauit
hoc em̄ ait, ip̄sius sumus figmētū, creati in Ch̄so Iesu, in opi
bus bonis, Nō illa creatione, q̄ hoies facti sumus, sed illa de q̄
dixit ap̄lus. Si qua ergo in Christo Iesu noua creatura, uetera
transierūt &c. Fingimur ergo. i. formamur & creamur, in o
peribus bonis q̄ nō p̄parauimus nos, sed p̄parauit deus, ut in
illis ambulemus. Itaq̄ charissimi, uita nostra nihil aliud est, q̄
dei gratia, sine dubio & uita æterna, q̄ bonæ uitæ reddīt dei
gratia, & ipsa em̄ gratis dat, q̄a gratis data est illa, cui dat. Sed
illa cui dat, tātūmodo gr̄a est, hæc aut̄ q̄ illi dat tāq̄ p̄miū, gr̄a
est pro gr̄a, tāq̄ merces pro iusticia, ut uerū sit, qm̄ uerū est, q̄a
reddet deus unicuiq̄ secundū opa eius, Et iteꝝ idē Augustin⁹
cap. p̄cedēti. Sed q̄a inq̄t & ipsa bona opa, nobis ex deo sunt,
a q̄ nobis & fides & dilectio, propterea ip̄se idē doctor gētiū,
etiā uitā æternā gr̄as noiauit. Nūc aut̄ audiam⁹ eūdē ep̄la. 105
q̄ est ad Sixtū, Q̄d est ergo (inq̄t) meritū hois añ gr̄am, q̄ me

Pfal. 102.
Pfal. 78
Pfal. 22

I. Tim. 4

I. Job. I.

Laudaſ reſo-
lucio bñ aug.

I. Cor. 12

rito percipit grām, cū oē meritū nſm, nō in nos faciat niſi grā
Et cū deº coronat merita nſa, nihil aliud coronat niſi munera
ſua, Sicut em̄ ab initio fidei, miſcēdiā cōſecuti ſumº, nō q̄a fide
les eramº ſed ut eſſemº ſic i fine, q̄d ē uita ęterna coronabit nos
ſicut ſcriptū eſt, In miſcēdiā & miſeratiōe. Nō itaq̄ fruſtra cā-
tat deo, & miſcēdiā eiº p̄ueniet me, & miſcēdiā ſubſequet. vñ &
ipſa uita ęterna, q̄ utiq̄ in fine habebit, & nō meritis p̄cedēti-
bus reddit. Tñ q̄a eadē merita q̄bus reddit, nō a nobis parata
ſunt, p̄ noſtrā ſufficiētā, ſed i nobis facta p̄ grām, etiā ipſa grā
nūcupat, nō ob aliud, niſi q̄a gratis dat, nec ideo q̄a nō meritis
reddat, ſed q̄a data ſunt & ipſa merita q̄bus dat &c. O hūana
&c. ſupbia, q̄d te diſponis extollere &c. cui debet uita, uera iu-
ſtitia ex te nō eſt, q̄d em̄ habes q̄d nō accepitiº? Qua propter
o hō ſi accepturº eſ uita, iuſtitie q̄dē ſtipēdiū eſt, ſ; tibi grā, cui
grā eſt & ipſa iuſtitia, Tibi em̄ tanq̄ debita redderet, ſi tibi ex
te eſſet iuſtitia, cui debet, Nūc autē de plenitudine eius accēpi-
mus, nō ſolū grām qua nūc iuſte in laboribus uſq̄ in finē ui-
uamus, ſed etiā grām pro hac grā, ut in requie poſtea ſine fine
uiuamus. Et in libro de grā & lib. arb. cap. 7. ad eadē intenti-
onē ſic inq̄t. Si ergo dei dona ſunt, bona merita tua, nō deº co-
ronat merita tua tanq̄ merita tua, ſed tāq̄ ſua dona. Quid hac
elegātiffima reſolutione uel clariuſ uel exactiuſ dici potuit, p̄-
ſpicuū certe eſt mea ſnia uel angelū ſi de cęlo deſcēderet ſplē-
didiorē ſolutionē dare uix potuiſſe. Sed q̄rat hic aliq̄s an uita
ęterna dici poſſit iuſtitie ſtipēdiū, Rñdens idē Auguſti.
Quod autē (inquit) eſt merces operati, hoc militati ſtipēdiū
Et de gratia & lib. arb. cap. 9. Cū poſſet dicere & recte dice-
re, ſtipēdiū autē iuſtitie, uita. Maluit dicere, grā autē dei, uita
ęterna, ut intelligeremus nō meritis nſis, deū nos ad uitā ęter-
nā, ſed pro ſua miſeratiōe perducere, De q̄ in pſalmo. 102. d̄t
homo aię ſuę, q̄ coronat te in miſeratione & miſericordia.
Nunquid nō corona bonis operibus reddit, ſed quia ipſa bo-
na opera, ille in bonis operatur, de quo dictū eſt, deus em̄ eſt,
qui in nobis operatur, uelle & perficere pro bona uoluntate,
Ideo dixit pſalmus, Coronat te in miſericordia, quia eius miſe-
ratione operamur, quibus corona reddetur

¶ Libeꝝ arbitriū nō eſt res de ſolo titulo. Cap. XI.

Sed hic nobis obijcient illæ Lutheranæ sterilitissimæ sit-
spulæ, Si deus in nobis operat oia bona opa, Si p̄terea (ut
dictū est) deus coronādo merita nostra, nihil aliud coro-
net, nisi munera sua, cōsequens profecto uidebit, solū deū bo-
norū operū nostrorū esse effectorē, uolūtātē autē nostrā, nihil ad
ea patrāda, actiuitatis habere, ad qđ cōsequens sane erit, id qđ
ille Martinus adeo callide asseruit, libere arbitriū esse rē de so-
lo titulo, Porro argumentū hoc, monet diuus Augustinus li-
bro de corruptione & gr̄a, cap. 20. ut quid inquiring nobis p̄di-
cat atq; p̄cipit, ut declinemus a malo & faciamus bonū, si hoc
nos nō agimus, sed illud uelle & operari, deus operet in nobis
Audiat ergo Martinus solutionē sui magistri, Non se fallāt
(inqt) qui sic dicunt, sed potius intelligant, si filij dei sunt, spū
dei se agi, ut qđ agēdū est agant, Quādo autē nō agūt nō faci-
endo, siue nō ex charitate faciendo, orent ut qđ nondū habēt,
accipiant. Hactenus Augustinus. Stat igitur deū operari ope-
ra nostra meritoria, & tamen uoluntatem humanā ad ea effi-
cienter accurrere, Quod sane idem Augustinus libro de gra-
tia & lib. arb. ca. 15. aperiens similiter & probans, sic inquit,
Ne autē putetur, nihil ibi facere ipsos homines per libere arbi-
triū, ideo in psal. 94. dicit. Nolite obdurare corda uestra. Et
per ipsum Ezech. Projicite a uobis iniquitates uestras, q̄s im-
pie egistis in me, & facite uobis cor nouū & spiritū nouū. Er-
facite oia mandata mea &c. Meminerim⁹ ipsum dicere, Faci-
te uobis cor nouū & spiritum nouū, qui dicit, dabo uobis cor
nouū, & spiritū nouū dabo uobis, Quare iubet si ipse daturus
est? Quare dat, si homo facturus, nisi quia dat quod iubet, &
adiuuat, ut faciat cui iubet. ¶ Confirmat eandem sententiam
epistola quadragesimaleptima. Considerate inquiring fratres
si non esset liberum arbitrium, non diceretur rectos cursus fac-
pedibus tuis, & uias tuas dirige, ne declines in dexteram neq;
sinistram. Et tamen sine dei gratia si posset hoc fieri, neq; po-
st ea diceretur, ipse autem rectos faciet cursus tuos, & itinera
tua in pace producet. Hæc ille & qđē resolutissime. ¶ Rursus
sentiebāt ap̄li, inter p̄dicādū, se acti uiteriore simul & exteriori
opando actiue laborare, & tñ eo nō obstātē, dictū ē eis, nō em̄
uos estis q loquimini, sed spūs p̄ris uestri q loquitur in uobis,

Augustin⁹ de
corruptione.

Solutio Aug

Ezech. 18

Ezech. 36
Confirmatur
solutio.

Heb. 12

Prouerb. 4.

Mat. 23

Quid sup hoc Chri uerbo, idē ep̄la cv. dicat Augustin⁹, nūc
audiam⁹. Neq; em̄ hoc ita fit (inqt) de nobis tāq̄ nihil faciētis
bus nobis, Adiutoriū ergo sp̄s sc̄ti sic exp̄ssum est, ut ipse fa-
cere dicere, q̄d ut faciam⁹, facit. Hæc ille. Si ergo de⁹ sine opa-
tiōe n̄ra facit nos facere, p̄fecto cōseq̄ns erit, nos illd̄ efficere.
Et q̄dē in libro hyponosticon id declarat̄s, Audi (inqt) breui⁹
uolūtatis tūc est meritū bonū, q̄n̄ gr̄a dei p̄cedit uniuscuiusq;
uolūtate. Hæc ille. Idē lib. 1. cōtra Pelagiū & Celestinū ca. 25
sic ait. Nō solū de⁹ posse n̄m donauit, atq; adiuuat, sed etiā uel
le & opati opat in nobis, nō qa nos nō uolum⁹ aut nos nō agi-
mus, sed qa sine ipsius adiutorio nec uolum⁹ aliqd̄ boni nec agi-
mus. Facit ergo hō bonū meritū p̄ suā uolūtate diuinit⁹ tū
adiutā. Quō aut̄ id fiat, libro de gr̄a & lib. arb. exponēs. Intelli-
gite (inqt) quō dixerim, si uolueris, cōseruabis m̄adata. Certū
est em̄ nos m̄adata seruare si uolum⁹, sed qa p̄parat̄ uolūtas, ab
illo petēdū, ut t̄m̄ uelimus, q̄ tū sufficit ut uolēdo faciam⁹. Cer-
tū est nos uelle cū uolumus, sed ille facit ut uelim⁹ bonū, de q̄
Psal. 39. dictū est, a dño gressus diriget hois, & uia eius uolet. De q̄ di-
ctū est, deus est, q̄ opat in nobis uelle & opari. Certū est nos
facere cū facimus, sed ille facit, ut faciam⁹, p̄bendo uires effica-
cissimas uolūtati, q̄ dixit, faciā ut in iustificationib⁹ meis am-
buletis & iudicia mea obseruetis, Cū dicit, faciā ut faciatis, qd̄
aliud dicit q̄ auferā a uobis cor lapideū, vñ nō faciebatis, et da-
bo uobis cor carneū, vñ faciatis, Eodē lib. cap. 17. sic inqt, Et
qs̄ istā, q̄ uis paruā, dare cōperat charitatē, nisi ille q̄ p̄parat
uolūtate & opando p̄ficit, q̄d opando incipit. Qū ipse, ut ue-
limus. opat̄ incipiēs qd̄ uolētibus coopat̄ perficiens. Propter
quod ait apostolus, Certus sum, quoniam qui operatur in uobis
opus bonum, perficiet usq; in diem Christi Iesu, ut ergo
uelimus sine nobis operatur, cum autē uolumus, & sic uolumus
ut faciamus, nobiscum operatur. Tamen sine illo uel o-
perante ut uelimus, uel cooperante cū uolumus, ad bona pie-
tatis opera nihil ualemus, De operante illo ut uelimus, dictū
est, deus est enim qui in uobis operatur & uelle, de cooperan-
te illo cum iam uolumus & uolendo facimus, scimus, inquit,
quoniam diligentibus deum, omnia cooperant̄ in bonum.
Hæc Augustinus.

¶ Deus duplici modo nobis cooperatur in bonis
operibus. Cap. XII

EX his facile colligit, deū uno quidē mō cooperari nobis in
operibus iustitiæ pueniendo ipsam uolūtātē, nēpe excitā
do eā, & quasi suū instrumētū eā monēdo & applicādo,
ad bonā & sanctā uolitionē quasi faciēs eā sibi cooperari in pro
ductione (q̄ sequit̄) sanctæ uolitionis, In hac sane p̄ua motio
ne seu applicatione nō cogit neq; necessitat̄ ipsa uolūtas, sed li
berū dei instrumētū manēs, retinet sibi liberā potestātē sequē
di uel nō sequēdi motionē illā puenientē, Iste modus operan
di est deo proprius, ob id nimis q̄a in ea uolūtas nō opat̄, q̄n
potius patit̄ humana uolūtas, nanq; & si uelit, uolitionēq; cau
set, nō tñ se facit uelle, neq; facit se sanctā uolitionē causare, sed
deo hoc propriū est, Neq; tñ q̄a deus facit, iccirco uolūtas mi
nus uolitionē efficit, quin potius ideo illā efficit, q̄a deus uol
luntatē humanā facit efficere bonā uolitionē, sicut & sanctus
pater Augustinus dixit, Agunt̄ em̄ ut agant, nō ut nihil agāt
unde libro de natura & gr̄a idē sic ait, Ipse aut̄ deus cū p̄ medi
atorē &c. Iesum Christū spiritualiter sanat ægrū, uel uiuificat
mortuū, i. iustificat impiū, & cū ad p̄fectā sanitatē &c. p̄duxe
rit nō deserit (si nō deserat) ut pie semp iusteq; uiuat, Sicut em̄
oculus corporis etiā plenissime sanus, nisi candore lucis adiu
tus, nō p̄t cernere, sic homo etiā perfectissime iustificatus, nisi
æternæ luce iustitiæ diuinitus adiuuet̄, recte nō p̄t uiuere, Sa
nat ergo deus nō solū ut deleat q̄d peccauimus, sed ut præstet
etiā, ne peccemus. Hæc ille. Alius uero cooperādi modus, ē
in productione ipsius uolitionis, q̄ est deo & uolūtati cōmu
ni, & tñ sine diuino accursu, nihil possit humana uolūtas, un
de q̄n uolumus, nodiscū operat̄, q̄ prius ut uellemus, & ut si
bi coopemur sine nobis coopabat̄. Et q̄a in sancta uolitiōe u
traq; dei opatio, nobis necessaria est, ideo (sicut añ dictū est) p̄
noster Augustinus dixit, Tñ sine illo uel operāte ut uelimus,
uel cooperāte cū uolumus, ad bona pietatis opa nihil ualem⁹
Modus iste cooperādi uniuersalis est & influentia illa gene
ralis, q̄ deus in omni actione creaturæ accurrit, siue bona sit, si
ue mala, Modus aut̄ cooperādi prior in bonis dūtaxat opibus
locū habet, Nullatenus in malis, nā ut est apud apl̄m Iacobū,

deus est intentator malorum (subaudi tentamento). Ipse autem
neminem tentat, unusquisque uero tentatur a concupiscentia sua
abstractus & illectus.

¶ Licet homini gloriari, confidere, & consolari in suis
operibus bonis. Cap. XIII.

EX his quae in praecedentibus per diuina Augustini declarata sunt, Pri-
mo claret quo nam modo homo propriae salutis cooperator exis-
stat, quoniam opera facit aeternae uitae meritoria, quae admodum
hortatur apostolus. Cum timore & tremore (inquiens) uestram ipsorum
operamini salutem, Et saluator, Operamini uobis, non cibum qui per-
rit, sed qui permanet in aeternum. Deinde perspicuum euadit, quoniam liceat
nobis in bonis operibus gloriari, dummodo non in nostris uiribus,
quasi non acceperimus, sed in domino gloriemur, Hi sane (teste Augu-
stino, epistola ad Valentinum) gloriantur quasi non acceperint, quod se a se
ipsis iustificari putant, ac per hoc in seipsis, non in domino gloriatur.
Ei lib. II. de Genesi ad litteram. Qui gloriatur, non nisi in domino glo-
riatur, cum cogitat, non suum, sed illius esse, non solum ut sit, uerum ut non ni-
si ab illo, ei bene sit a quo habet ut sit, & hoc dei praecipitum est. Secun-
do etiam patet, quae admodum homini licitum sit confidere, seipsum quoque
consolari, in suis operationibus, Ad Romanos. namque apostolus inquit, Glo-
riamur in tribulationibus nostris, scientes quod tribulatio patientiam ope-
rat, patientia probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit
Et ad Timotheum. Positus sum magister gentium ob quam causam etiam
haec patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi & certus sum
quod potes esse depositum meum seruare in illa die. Et ca. 4. Bonum cer-
tamene certauimus, cursum consummauimus, fidem seruaui, reliqua reposita sunt
mihi corona iustitiae, quam reddet mihi in illa die, iustus iudex
Vide quomodo apostolus seipsum consolatur, ex suis propriis iustitiae operibus
quinetiam ut designaret idipsum & alijs licere, continuo subiungit,
non solum autem mihi, sed & oibus qui diligunt aduentum eius. Postremo
clare scire potest minime esse absurdum, si quis pusillanimis iustus, consci-
entiae stimulo, propter conscientiam scelerum praeteritorum turbatur & af-
flictus, in sui consolationem, operibus male gestis, contraponat, &
modo quaedam exaequet opera bona, quae antea diuino adiutus auxilio feliciter
peregit, & quae post hac dei gratia confortatus, facere confidit.
Huc honorem bonis operibus tribuit Lutherana rabies omnino san-
cto operum inimica non permittit, sicut re ipsa conuictum est. Nam cum

Philip. 2.

2. corollariu.

Rom. 7

2. Tim. I.

corollariu.

cōsolationē hanc, cōcionator quidā deuotior ad pp̄m declarat, q̄ primū reclamātū est, Haud licitū esse quēpiā, ī bonis suis operibus cōfidere. Nec animaduertere miseri potuerunt, futore eorū obstāte, exēplū sancti regis Ezechie. In q̄ tñ eo in loco cōcionator ille procul dubio tū doctus tū pius se oino fundauerat. Denūciata em̄ sibi morte sanctus rex sic orat ^{4. Reg. 2} bat, Obsecro dñe, memēto quō ambulauerim corā te in ueritate, & in corde perfecto, q̄d placitū est corā te, Porro ap̄tus ca ^{I. Cor. 17} nibus illis resistit, cōmemorans etenim scelera sua, Ego (inqt) nō sum dignus uocari ap̄tus, qm̄ persecutus sum ecclesiā dei, Habes nunc, quō ap̄tus sua sibi proponit scelera, Audiamus ^{I. Cor. 17} porro, quid suis sceleribus obiecerit. Gratia dei (inquit) sum id quod sum, gratia eius in me uacua nō fuit (subaudi a bonis operibus) quod declarās cōtinuo subdit, sed abundantius oibus laboraui, Habes hic bona opa eius, cōtra mala e regione cōmemorata, nō quidē tanq̄ principalr ab eo essent patrata, ad q̄d significādū cōtinuo adiecit, Nō ego, sed gr̄a dei mecū, Ne tñ putaret in bonis opibus, oēm actiuitatē & efficiētā a se exclusisse, mox addidit, sed gr̄a dei mecū, sicut & alibi inqt, ^{I. Cor. 5} Dei em̄ sumus adiutores. Eandē qq̄ cōsolandi nobis formā proponit, de operib⁹ futuris, regi⁹ ille cytharedus David aīe suae dicēs. Quare tristis es aīa mea, & quare cōturbas me? Sed qd ^{Psal. 41} animae trepidātī responderit audiamus, Spera (inquit) i deo, qm̄ adhuc cōfitebor illi, Sperat inquā primo in deo, deinde in cōfessione sua futura & c̄. Super quo Cassiodorus, Sperare potui quia adhuc in praesenti cōfitebor. i. de peccatis p̄cēnitiam agam. ut tibi non obsistam

¶ Fundamenta prioris Lutheranae libertatis.

Caput XIII.

SVpeſt ut q̄d iſtituti n̄ri rō requirit indagemus q̄ nā ſit illa libertas ch̄riana mūdo tādē p̄ Martinū inueſta, q̄ fundamēta quae uerō eius, Ad hāc autē indaginē, quaedā nobis repetenda ſunt, quaedā uero adnotanda, Cū autē libertas illa ch̄riana apud Martinū nō debeat priuata eē unius aut paucorū, ſed publica oīm ſecūdū hoc ergo, ſicuti hoīm ſaltē ch̄rianorū, alē ſtat⁹ eſt iuſtitie & gr̄e, alter ŷo p̄cti & iuſtitie, ita profecto & gemina inuenim⁹ hoīm opera, nēpe iuſtificati hoīs & nōdum

iustificari. Cuius sane distinctionis operū ab initio uigilanter
meminimus. De prioribus itaq; opibus prius dicamus. Marti
nus em̄ plerūq; absoluto sermone, hominē sua fide iustifica
tū ea lege, ab operibus esse liberū asserit, q̄ huiusmodi opera
ipsum nō iustificent, id est, iustū faciāt, quin potius eū iustifi
catum præsupponāt, unde de talibus opibus. §. 26. loquens.
Oportet (inquit) opa fieri nō ea opinione, q̄ p̄ ipsam iuūificet
quisq; hāc em̄ opinionē, fides nō feret, quæ sola est iustitia co
rā deo. Qd̄ declarās, §. 17. Claz̄ (inqt) est chr̄iano homini fi
dē suā sufficere pro omnibus, nec operib⁹ sibi opus fore ut ius
tificet (subaudi qa ad hoc sibi sufficit fides sua) Et ut cōfessus
indubitatūq; relinquēs, quia lex data sit de operibus, cōtinuo
subsumens dicit. Q̄ si operibus opus nō habet (subaudi ut ius
tificet) nec lege opus habet (subaudi ut iustificet) Si lege op⁹
non habet (subaudi ut iustificet) certe liber est a lege, uerū q̄q;
est, iusto nō est lex posita (subaudi ut iustificet). Atq; hāc est
illa christiana libertas, fides nostra &c. q̄ facit ne cuiq; opus sit
lege aut operibus ad iustitiā, & salutē. Hāc ille. Cæterū ut ois
suspicionis tollat scrupulus, ea q̄ iā uerbis Martini subaudien
da annotauimus, satis ex sequentibus clarescunt, Et. §. 32. ad
hoc declarandū, nullo ope (inqt) nulla lege homini opus est
ad salutē, cū per fidē liber sit ab omni lege &c. cū iam satur sit
& saluus gratia dei ex fide sua. Atq; hoc declarās. §. 36. sic in
quit. Si opera falsa persuasionē fiant, ut p̄ ea iustificari præsū
mas, iam necessitatē imponerēt, & libertatē cū fide extinguit
Hāc ille. Si autē q̄rat quā apd̄ Martinū necessitatē imponerēt
certe illā q̄ hoies opibus op⁹ haberēt, ut p̄ ea iustificarent, un
de extinguerēt illa libertas, q̄ facit, ne cuiq; opus sit lege, aut
operibus ad iustitiā & salutē. Quid autē ex his inferat Marti
nus, audiamus. Nā. §. 42. Nullo tamē (inquit) horū opus est
ad iustitiā & salutē, Ideo in operibus omnibus, ea debet eē opi
nionē formatus & huc solū spectare, ut alijs seruiat. Et. §. 43.
idipsum declarans, sic concludit, per fidē suam sic quisq; abū
dat, ut omnia alia opera, tota quoq; uita sua ei superfluant, q̄
bus proximo spontanea beneuolentia seruiat & beneficiat.
Cur autem bona opera iusto superfluant declarans. §. 47. sic
inquit. Opera nostra fieri debent, non iustificandi gratia, cū

Vide hic Lu
theranā liber
tatem,

ptus fide iustificari, facere debeam⁹ oia libere & hilariter, p^o
pter alios (subaudi. i. nō propter propriā assequēdā iustificati
onē) Sicut etem (ut § 48. inqt) oia talia opa, ipsa iusticia poste
riora, tm̄ ad aliorū obsequiū & exēplū facta, Atq; ad hāc intē
tionē § 49 inqt, Aplus p̄cepit, ut sint ad opus bonū parati,
non ut p̄ hāc iustificent, cū iā ex fide iusti sint &c. Hāc sunt
fundamenta fere p̄cipua quibus Martinus conatus est iu
stum hominē a lege legisq; operibus liberum facere.

¶ Prior Martiniana libertas ostenditur esse chri
mærica seu commenticia. Cap. XV.

EX qbus liqdo qsq; p̄t agnoscere fundamētū hui⁹ chri
næ libertatis (qñquidē nō agroz est aut possessionū, sed
factorū & operū) in hoc p̄cipuo cōsistere, qā iustis nō est
opus bonis opibus ut iustificent, qppe q iā sunt p̄ fidē suā iusti
ficati, Atq; (ut ē dicere) chriana libertas penes Martinū ma
numissio qdā est seu relaxatio illius necessitatis seu seruitutis,
q faceret, ut iusto hoi opus esset opibus, ut iustificaret, hui⁹ si
quidē relaxationis rationē reddidit, qā iusti iā ex fide sunt iu
stificati, & opa ipsa iusticiæ tanq̄ effect⁹ eius, sunt ipsa iusticia
posteriora, bona em̄ opa nō faciūt (ut § 31 inqt) uirū bonū, sed
bonus uir facit bona opa, Nihil ergo aliud psuadet Lutherus
nisi q iustus hō bonis opibus nō egeat ut iustificet. i. iust⁹ fiat,
qm̄ iā iustus est, nec est ei opus bonis opibus, ut opa illū iusti
ficet, quē iā iustificatū p̄supponūt. Rursus opa bona ei opus
nō sunt, ea sane rōne, ne effectus suā producāt uel antecedant
causam efficiētē. Et si curiosi⁹ p̄scrutemur, cur ad hāc tria, opi
bus bonis opus nō sit, inueniem⁹ profecto callidū & fallax ho
minis ingeniū, q, ne opinio sua, ulla falsitatis suspitiōe notaret
eo argumēti gñe utit, qd solet oim esse efficacissimū, nēpe tali
qd cōtradictē ad impossibilia cogit. Quare etiā illud sedulo
conabimur, ne cōtra hois argutias proteruire uideamur dūta
xat illi⁹ igenue chriane libertatis fundamēta retegētes, ceu digi
to totū Lutherane theologie artificiiū q̄tū huc attinet, dicem⁹
¶ Cū ergo (ut prosequimur cēpta) hmōi impossibilia, ad quæ
impellit Lutherus, nullius subsint ptāti, ipsis certe perpedis
aut obtinēdis, prorsus nulla re opus ē, ad assequēdū talia, nul
la res est necessaria, Quare ad talia prorsus, nulla p̄t eē indigē

tia, nisi cōmētitiā forte, aut (ut aiūt) chimērica, Vt ergo iustus ac deo dign^o fias, nulla oīno re tibi ē opus, q̄ppe q̄ iā sis iustus ac deo dign^o p̄ fidē, q̄ si fueris, certe frustra niteris p̄ opa bona q̄ iustitiā nō efficiūt, s̄ ex ea prodeūt, Proinde q̄n Martin^o dicit, Ch̄riana libtas facit, ne cuiq̄ opus sit lege ul' opibus ad iustitiā & salutē, qd̄ aliud dicit, nisi q̄ ch̄riana libtas facit, ne hō operib^o opus habeat ut iustificet. i. iustus fiat, q̄ iā iust^o ē & fuit, aut ut opa illū iustificet, quē p̄ exigūt iā añ iustificatū Et (ut totā simul sniam cōplectar) ch̄riana libtas id facit, ut null^o bonis opibus opus habeat ad hoc ut effectus causam suā efficiētē producat uel antecedit, Hęc autē cū ip̄sibilia sint, nihil plus libtatis q̄ sit a bonis operib^o colligit, q̄ si qs̄ hoīm dicat eo iure a bonis opib^o eē libez, q̄a his op^o nō h̄z ad fabricādā chimērā .i. rē cōmētitiā & ip̄sibilē. Quocirca ipsa iure nimiz chimērica libtas uenit nūcupāda, Hęc ē itaq̄ p̄clara libtas illa ch̄riana nimiz chimērica, ul' si qd̄ est portēto silius q̄ sic prodigiōsi hoies efferūt sese & efferāt cōtra oēm legē tū diuinā tū hūanā De priore Martiniana libertate tantum dixisse sufficiat

¶ Altera Martini libertas ostendit eē mēstruata & stercoraria captiuitas. Cap. XVI.

DE sc̄da ꝑo Lutherana libtate nūc dicam^o, Sūt etem̄ & alia q̄dā de gñe bonoz, laudabilia opa, hoīs vcz nondū iustificati, q̄ qdē ea rōne nō iustificāt, nec sane iustificare p̄nt, q̄a mortua sunt & hominē a pcti macula nō emūdant, nec iustificatiōe dignū faciūt, uez in scripturis p̄ano mēstruata & stercorib^o assimulant, uti i prima ꝑitate oñdim^o, De his §. 3. inqt Martin^o, uerbū dei &c. sola fide suscipi p̄t & coli, iō claz ē, ut aīa solo ꝑbo opus habeat ad uitā & iustitiā. Ita sola fide & nullis opibus iustificat hō, Itē. §. II. añ oīa memor esto fidē sine opibus iustificare &c. p̄cepta qdē docēt bona &c. ut hominē sibiꝑsi oñdāt &c. & de suis opibus desperet. Deinde §. 13. sic inqt Vbi ꝑo p̄cepta doct^o fuerit impotētā suā & iā anxius fact^o, q̄ studio legi satisfiat &c. Tū ꝑe &c. in nihilū re dactus &c. nō inuenit in seipso q̄ iustificet &c. Hic &c. Promissa dei dicūt &c. En tibi crede i Ch̄m &c. grāz iustitiā &c. & oīa, si credis, habebis. Ecce cādide lector Martinū hic loq̄ de hoīe nōdū iustificato, nōdū roborato p̄ grām, q̄ legis p̄cepta adimplere ualeat, Porro sicut s̄pe dixit Martinus, iustū eo

noie liberæ eē a lege legisq; opibus, q; eis opus nō hz, ut p ea iu
stificet, ita certe eodē locutiōis gñe, seqt̄ ipiū iustificādū eo no
mine a lege eiusq; opib⁹ eē liberæ, q; bonis opib⁹ opus nō ha
beat, q; eis nō indiget, ut p ea iustificet, Sed dū istud asserit qd
aliud statuit, nisi q; p̄t̄or eo noie liber sit a bonis opibus, quia
eis nō indiget ad hoc, q; op⁹ mortuū uiuificet hoiez mortuū, ut
mēstrua & stercora pollutū abluāt, animāq; sanctificēt. Proñ
quēadmodū priorē chimæricā dixim⁹ libtatē, ita profecto &
hāc (si v̄bis ut amur apli atq; pphete) iure possum⁹ dicere mē
struatā atq; stercorariā libtatē. Gaudeāt nūc igit̄ in sinu suo in
foelices illę & stupidæ Lutheranae paleę, qbus p̄ceptor Mar
tinus, tā sordidā (dicerē p̄clarā) p̄posuit libtatē, nēpe q; utrāq;
uel ex chimæris uel ex mēstruis atq; stercorib⁹ natā & extra
ctā huic mūdo inuexit atq; honorifico noie ch̄ianę libertatis
donauit, uerū cū ex tā foedis (ut dixim⁹) exordijs nata sit & sub
limata, iccirco nimiz nullo claro, nullo honestatis noie uenit
p̄conizāda, sed chimærica dūtaxat, mēstrua q; & stercoraria
captiuitas nō libtas iure ueniet nūcupāda, Porro facile ē cerne
re q̄tū hec libtas distet a libtate priorē, Hęc etem libtas rē res
picit possibilē, nēpe q; v̄fat̄ circa hoc qd ē hoiem q; iniust⁹ ē po
stea fieri iustū, qd sane possibile ē, Circa hoc v̄o possibile obti
nēdū conat̄ astruere Martin⁹, ipiū eē liberæ ab opib⁹ eo noie,
q; eis opus nō hz, ut p ea iustificet, non qdē q; ipiū iustū fieri
sit impossibile, s; q; id p opa mortua fieri, sit impossibile, vñ (ut. 2.
physicor; elicit̄ propter absurditatē, ridiculū esset dicere) talia
frustra agi, qn poti⁹ dicēdū est, ea uane tētari. Exēplū ē ibidē,
si qs balneet sese, ut sol eclypset, quēadmodū et nos, nō frustra
sed uane dicerem⁹ eū conari, q; fornacem ardētē, butyro ob
struere moliret̄. Hęc de posteriore libtate. Prior v̄o libtas cir
ca hoc v̄fat̄, q; ē iustū iustificari, i. eū q; iust⁹ ē iustū fieri, qd ni
miz impossibile ē fieri, Fingit ergo circa hoc Martin⁹, quādā a
bonis opib⁹ libtatē, q̄ten⁹ ad obtinēdā iustitiā, ei q; iust⁹ ē opus
nō sit bonis opib⁹, nō qdē q̄si opa iustitię nō sint magnę effica
cię, s; q; repugnātiā inuoluit, ut is q; iust⁹ ē, fiat p bona opa iu
stus, Neçaria ergo nō sunt iusto bona opa atq; iccirco liber ē
a beis, Vides hāc Martini rōnē cādide lector, q; p̄sens sit & ef
ficax, q; ceu indissolubili nodo perplexi & ligati tenent̄ miseri
Lutherani.

¶ Martinianę libertati cōtraponūť opū necēitates. XVII.

Congruo itaq; ordine q̄ duplicē, sed futilē, Martini a bonis opibus prodidimus libertatē, opponemus etiā ei plures opēꝝ necessarias seruitutes & indigētias, nēpe ut sicut Martinus false dicit duobꝰ potissimū modis hoīem esse a bonis opibus liberū, sic nos e regione dicemꝰ hominē iustum multis debitorē modis, & subiectum eē legi ac bonis opibus. Primū quidē bonis opibus indiget iustus, ut legi satisfiat, ne p̄ uaricatione diuinę legis, deū offendēs, iustitiā suā pdat. Quā legis seruitutē etiā Martinus fateť, nēpe q̄ § II sic inq̄, p̄cepta docēt qd nos facere oporteat. Ecce opēꝝ seruitutē, cū inq̄ q̄ nos facere oporteat. Et subdit. In hoc ordinata sunt, ut hominē sibi p̄si ostēdant. Et illud ip̄m § I3 prosequēs, hō inq̄, iā anxius factus, q̄ studio legis satisfiat, cū legi satisfieri oporteat ut ne unū quidē iota p̄tereat, alioq; sine om̄i spe dānabit. Ecce q̄ legi satisfieri oporteat, sub certissima æternę dānationis interminatione, & tu Martine audes dicere, hominē a bonis opibus esse liberū. Hoccine est liberū esse a bonis opibus, quibus tāta necessitate astrictus hō est, ut æternę dānationis reatū incurrat, si bñ opari neglexerit, aut cōtēpserit, immo si uel unū iota p̄terierit. An terribilior aliqua possit esse necessitas, q̄ æternę dānationis? Sed remurmurabūt forte steriles auerſe, Luthero in citatis locis, sermonē esse de hoīe, nō quidē iusto, sed nōdū iustificato, Hic autē legi, subiectus est, non ille q̄ iā iustificatus est. ¶ O dignā talibus discipulis pro suo mḡro respōsionē, togā afferūt, q̄ magistri ignominia protegāt, sed ut ego quidē arbitror, auerſis oculis dū tegere uel celare contradictionē uolūt, clarius eā ostendūt. Martinus nāq; iustū ea de causa a lege ac legis opibus absoluit, qd his opus nō habet, ut p̄ ea iustificaret, id est, iustus fieret, q̄ppe q̄ iā iustus sit. Nunc uero suo ipsius etiā testimonio, q̄ nōdū iustificatus est, neq; lege, neq; legis opibus iustificari p̄t, sed sola fide iustꝰ est. Proinde ut infelices intelligatis magistri uestri astutias, quibus cōficit, ut eius insanix tā libēter pareatis, en suis eū uerbis ceu armis aggredimur, si forte nr̄is minus credatis, iustificā dū lege, eiusq; opibus opus nō habet, ut pro ea iustificetur nimirꝰ ergo (Luthero plerūq; sic referente) liber erit a lege ac

Euasio Lutherorū.

Euasionis cōfutatio.

Confutatiois prosequutio.

legis opibus, Irrefragabili ergo consecutionis mō, quā (etiam si
rūpamini) dissoluere nō poteritis, eadē q̄q; cōditione, q̄ Mar-
tinus iustū a lege legisq; opibus liberū facit, iniustū q̄q; ac iusti-
ficādū, a lege eiusq; opibus, coget liberū asserere, Hoc autē cō-
cesso inuenietis uos alio in luto hærere, & manifestissimē cō-
tradictioni impeditos teneri, q̄ uos uelitis nolitis cogat dicere
nōdū iustificatū, sed iustificādū a lege legisq; opibus eē liberū
quē tñ lex ita obligatū tenet, ut p̄ eū (sicut Martinus ait) legi
satisfieri oporteat, ita ut ne qdē unū iota pereat, alioqn sine oī
spe dānabit, Sed quō (q̄so) cōueniet huic seruituti, q̄ hoiem fa-
cit necessario legi legisq; opibus eē subiectum cū ea libertate
Martini, quā Chriānā uocat? Conspicitis em̄ iustū pariter &
iustificādū, eodē locutiōis ḡne, & necessitate pari, ceu uinculo,
legi eē astrictos, Ille qdē ne iustitiā habitā p̄dat, ac æternæ
dānationis reatū incurrat, hic uero ut aliquādo iustitiā acgrat
& nō semp̄ in æternæ dānationis reatu, fixus p̄maneat. Veli-
tis insup̄ iuxta loquēdi modū Martini, iustū & iniustū ex æq̄
liberos eē hñdos a lege & eius operib⁹, hac inquā rōne utrisq;
nimis cōmuni, q̄ operib⁹ nō egēt, ut p̄ ea iustificent, id est iu-
sti fiant, neuter quippe per opera iustificari, id est, iustus fieri
p̄t. Iustus qdē, q̄a qui iustus est, iustus fieri nō p̄t, Iniustus ue-
ro, q̄uis iustus fieri possit, opera tñ ei⁹ scdm̄ legis p̄scriptū fa-
cta, eū iustificare nequeūt, alioqn opibus seipm̄ iustificare pos-
set, qd̄ absōnū est & ipossibile. Scriptū est ei, grām & gloriā
dabit dñs, Et illd̄, Nō ex operib⁹ iustitię q̄ fecim⁹ nos, sed secū
dū suā misericōdiā saluos nos fecit &c. ¶ Remanetis ergo in con-
tradictione, Martino utrosq; a lege legisq; operib⁹ absoluēte
q̄ adimplēdæ legi sub æternę dānationis cōminatiōe, adhuc
sunt alligati, Nū uos pudet aut delectat, huic tritioni ceu stu-
pidi amētesq; intēdere? Ita ne de⁹ q̄q; mētes v̄ras obcæcauit, q̄
hæc approbetis, q̄ ne uestigiū qdē ueritatis continēt? Nū uos
soli probare potestis, q̄ nulli bono nō displicēt? ¶ Sed rimam
forte inuenerūt, q̄ se euoluāt lubrici ac elabāt dicētes cū Mar-
tino, Nō uolum⁹ eos a lege legisq; opibus sic eē liberos, ut nō
teneant ad legis opa, iustus parit̄ & iniust⁹, sed restricte uolu-
mus eos a lege & ei⁹ operib⁹, eo noīe eē liberos, q̄a his nō idi-
gēt, ut per ea un⁹ aut alter iustificet, O subdolā dicerē subtilē

Psal. 87

Conclusio in
Lutheranos

Tit. 3.

Eualio

euasione atq; rimā, Quas em̄ rimas non inuenit̄, ipsi rimarū
 undiq; pleni: Quis nō laudet tā solers igeniū & ad oēm nodū
 dissecādū tā fortunatū, Nunqd hic poetica exclamatiōe op̄
 fuerit: Quo teneā uultis, mutātē prothea nodo: Proinde ne
 lōga excursiōe altius euagemur, si iustū & iniustū eo pacto a
 legis operib⁹ liberos eē dicitis, q̄a eis nō egent, ut per ea unus
 aut alter iustificet, dicturos etiā nō dubito, eo pacto hominē
 libere esse ab oculis, q̄a his ad audiendū opus nō habet, Itē mo
 tu cordis nobis opus nō est ut coelū tangamus, liber est igitur
 homo ab oculis & a motu cordis Quis (queso) unq; sic insaniūt
 Perfice, nugæ sunt, Sicut enim cordis motu ad uiuendū, & o
 culis ad uidēdū nobis est opus, ita reuera & operib⁹ legis, tā
 etsi opus nō sit ut per ea iustificet iustus uel iniust⁹, sunt tamē
 profecto ad alia nobis apprime necessaria (ut mox expone
 mus) opera bona legis.

¶ Iustus quatuor de causis subijci⁹ legis operib⁹
 iniustus uero duabus. Cap. XVIII.

E Numerabim⁹ itaq; iuxta promissum superi⁹ ordinē bon
 norū op̄erū necessitates, Quarū prima est, q̄ iustus ad diui
 nā legis opera explēda ea lege tenet, ne suā perdat iusti
 tiā, ut superi⁹ dictū fuit, quēadmodū etiā scriptū est, Charita
 tē tuā primā amisisti. Et idē Iohānes, Videte (inqt) ne perda
 tis q̄ operati estis, sed ut mercedē plenā accipiatis. Secūda est,
 ne iustus bonorū op̄erū omissionē, æternæ dānationis reatū in
 currat, Sicut scriptū est, Ois arbor q̄ non facit fructū, excidet,
 & in ignē mittet. Tertia uero est, ut per bona opera, æternam
 uitā iustus obtineat, Sicut ap̄ls Petrus inqt, Satagite fr̄es ut p
 bona certā faciatis vram uocationē & electionē. Quarta opa
 deniq; adheret iusto op̄erū ea necessitas, q̄ sine op̄erū suorū me
 ritis, iustitia sibi nō augebit, q̄ sane aucta altior ei gl̄ia, corres
 pōderet in coelis, At uero licet Martinus, hui⁹ necessitatis ali
 qñ meminerit, obscure tñ hoc agit, aliarū p̄fus obliuiscēs ne
 cessitatū. ¶ Super sunt ergo & aliarū duarū op̄erū seruitutes, qb⁹
 & ipius ligat, Quarū una qdē illuc cogit peccatorē, ne si bene
 opari desinat p̄uaricatiōe chr̄ianæ legis iustificatiōi suę obicē
 & offendiculū ponat, ac perpetuo sub æternæ dānationis cen
 sura & obligatiōe permaneat, Quate t̄aetsi bonis operib⁹ op̄

Apo. 2.
 Ioh. an. 2.
 Mat. 3.
 3, Pet. 1.

nō habet ipius, ut p ea iustificet, opus tñ habet bonis operib⁹,
ut iustificet, debet q̄q̄ ea (q̄ tñlibet palustres ranæ cōtra coax
ant) facere eius rei gr̄a, ut iustificet, nō cōtētus fidei suæ satur
ritate, Nā si p̄ctōribus is scopus nō esset & ad eā intentionem
p̄cepta legis q̄ de operib⁹ sunt, nō seruarēt diuinæ miseratiōis
influxū, q̄ iustificandi essent a se penitus secluderēt auerterēt.
q̄. Quis uero nesciat q̄ sicut humani corporis uita est aīa, ita
animæ uita sit gr̄a? Quō igit̄ hūano corpī opus est organiza
tione ut anime, nō aut̄ ut p organizationē anime, sed ut aīa
diuinitus infundat, sic & iniusto homini necessaria sunt bona
opera, nō qd̄ ut p bona opera iustus fiat, sed ita sunt ei neces
saria ut iustus fiat. Iustus uero neutro horū modorū bonis indi
get opibus, An v̄o nō intelligitis, q̄ tñ discrimē sit inter has lo
cutiones, hō opus habet operib⁹ bonis ut iustificet, & hō op⁹
habet operibus bonis, ut eis, siue per ea iustificet? Sed qd̄ no
bis iquēt, & subtilitatib⁹ istis? qd̄ manifesto Ch̄ri euāgelio, &
obscuris illis theologorū captionibus? Agite uiri boni, æquio
re animo sitis, nō sunt theologorū captiones, sed Lutheri ue
stri fraudes, uel eius uerba nō agnoscitis? uel si quid ex nostro
addidimus, cuius subtilitatē hebetiores sensus uestri ferre non
ualent, utpote pertinaces in inscitia uestra caligine & tene
bris delitescētes, hoc ip̄m saltē alijs permittite, ut uel hoc itel
ligant, qd̄ uos ueritatis odio cognoscere nō potestis, At Ch̄ri
euangeliū licet nō oīno nullas admittat subtilitates, tñ multo
pauciores requireret, si nō essent, ueritatē q̄ impugnarēt. An
uero subtilitatē nobis inuidēt agrestes isti, ne nō habeam⁹ un
dē ipsis scripturā impugnātibus respōdeamus? Sed longi⁹ his
me impendo q̄ merent.

¶ De secūda uero seruitute q̄ legis operibus subñcitur impi
us, deinceps dicamus. Est itaq̄ alia op̄e seruitus ne uidelicet
impīus iugi diuinæ legis transgressionē, acerbiteratem p̄cenarū
& suppliciorum in æterna damnatione, maiorem indies si
bi accumulet, Sed ne hanc quidem seruitutem tradit Luthe
rus, ob id fortassis, ne audito nomine, seruitutis, uocis inuidia,
doctrinam suam suspectam redderet, uel ingratham, Eo
enim euocat miseros quo plenam libertatem rati,
nihil arbitrantur esse seruitutis.

¶ Cōfutāf Martini sophistica argumēta. Cap. XIX

SEx ergo sunt opēz necessitates, nō quidē cōmēticiā, ut
est illa Martini liberras, sed uerē magniq; momēti & uti-
litas, propter quas homines legis operibus opus habent
ac diuinā legis uinculis obligant, Quod tāctū sit seruū eē, nō
est tñ ignobilis aut grauis illa seruitus, q̄ deo eiusq; suauissimo
iugo subiicimur, q̄nimo iucundissima est multo magis q̄ ficta
illa & diabolica libertas quā christianā p̄dicat Martin⁹ Qui
ut populū ab inspectione & cōsideratione tantaz necessitatū
auerteret, ridiculā quandā & futilē, immo chimericā libertate
in mūdū extraxit, quasi q̄ ex imis inferiorū latebris, cacū aut
turbatorē aliquē produceret, Hac sane futili libertate, imp̄ssis-
mus impostor, eo miseros mortales adēgit, ut abiecto suauissi-
mo sessore Ch̄ro, cui⁹ eq̄tatus est saluatio diabolo ceruices in-
clinauerint, Hoc nimis pessimo dolo, q̄a hoīes a diuinę legis
opibus absoluto sermone liberos eē p̄nūciat, Aptū profecto
medium, misz profecto, ut aliq̄s inuenire potuerit, q̄ hāc asser-
tionē ueluti ch̄rianā aplecterēt. Imo mltō maxime mirādū est
q̄ etiā sint q̄ nephādā hāc doctrinā pro oraculo proni adorēt
uenerentq;. Ceterz si uel mihi paulisp̄ auscultaueris pie lector
intelliges plane q̄ sint friuolę rōnes, q̄ uulgaria (ne dicā stoli-
da) argumēta, q̄bus ad illā chimericā ac sordidā libertatē astru-
endā, ultro citroq; uelitat⁹ Martinus. Reuera tā ridicula sunt,
ut his ne puero qdē fidē faciat, q̄ dialecticē, uel summis (ut a-
iunt) labris p̄libauerit, tantū abest ut eruditus quisq; his se nu-
gis defraudari uel seduci p̄mittat. Sic em̄ fere in plerisq; locis
rōcinat. Iusto nō opus ē bonis opib⁹ ut iustificet, igit iusto nō
ē opus bonis opibus, liber ergo ē a bonis opib⁹. Ecce argumē-
tū. Quis rogo nō rideat, hoc tā frigidū imo tā plūbeū argu-
mētū? Ignoscat mihi cādid⁹ lector, si hoc in loco paululū, me
ad pueriles nenas demisero, & cū his rudissimis hoīb⁹ paulisp̄
p̄ ineptiero, & rudiorib⁹ luserim⁹ exēplis, dūmō in clara simi-
tudine q̄drēt Martini instituto. Quis em̄ usq; adeo puerilis ē,
q̄ nō apte hic uideat i rōnē Martini cōmitti fallaciā quā diale-
ctici, cōsequētis uocāt aut a dicto scdm qd ad dictū simpliciter,
Aut si hic loquēdi mod⁹, utpote philosophic⁹, obscurior cui
libet uideat, exēpla proferā q̄ fallacię hui⁹ locos p̄ atēf ondās

Primum dubitabis ne hęc ridicuiam esse ratiocinationem uir
ex patrimonio diues, non opus habet cura & sollicitudine, ut
dicitur, id est, ut diues fiat, igitur non opus habet cura & solici-
tudine. Liber ergo est a cura & sollicitudine. Annō uides eū
dē adhuc cura & sollicitudine opus habere, ut diuicias custo-
diat, paupertatē ne incidat, & in salutem animæ fur diuicias salu-
briter dispense, & in omnibus recte coram deo ambulet.
Ita pfecto circa p̄fatā Martini rōcinationē, etsi iusto nō opus
sit bonis opibus ut iustificet. i. iust⁹ fiat, nēpe quā iust⁹ est, indi-
get nihilomin⁹ bonis opibus, ut uitā æternā mereat, æternāq;
dānationē euadat, ut ca. 18. oñsum est. Nō ergo a bonis opib⁹
liber est. Exēplū istud q̄ ad priorē Lutherana libtatē sufficiat.
¶ Superest ergo ut alia huius fallaciæ exempla producamus
Martinianis strophis similia. In materia autē secūdæ suæ li-
bertatis (quā menstruatā dixit) eiusmodi sint exempla. Ho-
mo opus nō habet tributū soluere, ut corpore sanet, ergo o-
pus nō habet soluere tributū, liber est ergo a solutione tributi.
Itē, qui cæcutit aut lippis est oculis, opus non habet ut colly-
rio calcaneū ungat, igitur ut clarius uideat nō opus est ei ut col-
lyrio ungat. Et illud rei domesticæ opus nō est butyro ad ob-
struendum clibanum feruentē, igitur ad rem domesticam,
non opus est butyro, res ergo domestica a butyro libera est.
Certe ueratro opus illi fuerit, cui hęc argumenta fidem fece-
rint. Rursus, Homo oculis opus non habet ut audiat, igitur o-
culis opus non habet, liber ergo est a collyrio, liber est & ab
oculis. Deniq; homini pro explendo uentre, sapientia opus
non est, liber ergo a sapientia. Cernitis nunc infelices stipu-
le, q̄ turpiter hallucinatus sit ille magister uester Martinus cō-
simili argumentorū genere libertatem suam astruens.


Huius rei diligēs lector facile intelligētīā capiet, si modo dī
ctis nostris oculos attentos aduertat, In exēplis nāq; nris Mar
tinianæ illationis ex gemina radice deficit cōsecutio, Vel em̄
media assumpta eo pacto nō sunt ad finē consequendū homi
ni necessaria, quia finē iā adeptus est, & eo nimis noie homo
ad talē finē cōsequendū nulla prorsus re indiget, id qđ in pri
mo nro accidit exēplo, Vel certe media proposita ad finē asse
quendū nequaq; sunt idonea, & ea lege ad talē finē assequen
dū homo eis nō indiget, id qđ in reliquis nris cōtingit exēplis
His tamen nō obstantibus, media utrinq; assumpta, sunt ho
mini ad alios fines apprime necessaria, Ita sane cōtingit in pre
senti materia, Vnde & ea occasione Martinus nō modo tur
piter, uerū contra scripturas etiā pueriliter lapsus est, ut mul
tifariā ostensum est. Iustus etenim etsi nō egeat bonis operi
bus, ut iustus fiat, nēpe qui iā iustus est, Sunt tamen ad alia iu
sto bona opera necessaria, Similiter & homo nondū iustifica
tus, etsi nō egeat quæ de genere bonorū sunt operibus, ut per
ea iustificet, sunt tamen ad alios fines eidē necessaria talia ope
ra, prout, tā de iusto q̄ de nondū iustificato, supra, cap. 18. ostē
dimus, Proinde sicut in exēplis nostris uanū est & friuolū in
ferre hominē ab oculis a tributo, a sapiētia esse liberū, ita sane
Martin⁹ uanissime cōcludere nititur, hominē esse liberū a bo
nis operibus Christianæ legis, quando tam multiplici operū
seruituti & necessitati remanet subiectus, sic uolente deo opti
mo maximo, qui regnat in secula benedictus, Amen.


Coloniæ in officina honesti ciuis Petri Quentel
Anno. M. D. XXV.
Mense Maio.

Correctorium erratorum.

- A. 2. facie prima, linea. 9. legat, a sc̄tā sede apostolica.
B. 1. fa. 1. li. 12. legat, Inō mediocriter uul, nam superadderet.
B. 3. fa. 1. li. 12. legat, illius aut̄ amplissime ac suauissime & ē
B. 4. fac. 1. li. 5. a fine cōputando, legat, iste pestilentissime
Ibidē, linea. 10. a fine, addat, Itē. §. 50. sic inqt, Christianus li
ber sic dicet. Ego ieiunabo, orabo, hoc & hoc faciā, q̄d per ho
mines mandatū est, nō q̄ illo mihi opus sit ad iustitiā aut salu
tē, sed q̄ in hoc morē gerā papæ, episcopo, cōitati & ē.
Eodem folio, fa. 2. li. 17. legatur, consequendæ salutis
D. 1. fa. 2. li. 7. legat, & ideo meritis p̄cedentibus redditur
E. 1. fa. 1. linea. 5. a fine, legatur, quantum huc attinet monstra
bimus, Et linea. 3. a fine, legatur, ipsis certe perpetrandis. Fo
lio. 2. facie. 2. linea. 2. a fine, legat, ut per ea iustificet
E. 3. fa. 1. li. 17. legat, Videtis insup iuxta loquēdi modum
Eodē, fa. 2. li. 10. a fine, legat, Quarta deniq; adhæret iusto
E. 5. fa. 1. li. 6. legat, in salutem animę suę, Ibidem uero, linea
15. legat, quam menstruatam diximus.

**De fide et operibus contra Lu-
thet. Anno. M.D.XXV**





Th

597